TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1399**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Trattato di Teologia Morale

1399

Ms [illegible]

De Theologia Morali brevis tractatus.

Q. 1.

D.I.Th.
1. n. qu. q
art. 1.

Q. 2

[illegible]

De Legibus.

Cum objectum Theologiæ Moralis sit hominis actionum moderatio; cumque actiones improprie honestæ, atque moderatæ vocentur, nisi conformitatem habeant ad aliquam legem; ~~actiones~~ actiones enim vel bonæ vel malæ, vel etiam, uti volunt, indifferentes; sunt bonæ quia legi conformes; malæ, quia legi oppositæ; indifferentes, quia, nec opositæ, nec conformes legi: hinc fit, ut initium Moralis a Legibus ducamus.

Cap. 1.

De Definitione, et Divisione Legum.

Q. 1. Quid sit Lex? Resp., relictis ceteris traditis ab antiquis definitionibus, legem esse quamdam regulam, seu mensuram actuum, secundum quam aliquis inducitur ad agendum, vel ab agendo retrahitur. Dicitur autem lex a ligando, quatenus nempe ligat voluntatem humanam ad agendum, si hoc vult honeste, juxta legem.

D. Th. 1.a. qu. 90. art. 1.

Q. 2. Quomodo dividatur lex? Resp., aliam esse legem Æternam, aliam Naturalem, et aliam Positivam. Positiva dividitur in Divinam, et humanam. Positiva Divina subdividitur in antiquam, id est legem Moysis, et novam, id est Christi; Positiva humana subdividitur in Ecclesiasticam, et civilem. Ecclesiastica, vel est generalis, sicuti lex prodita ab aliquo Concilio Oecumenico: vel ~~[illegible]~~ particularis alicujus Provinciæ, vel Diœcesis, ~~[illegible]~~ ut sunt leges a Conciliis provincialibus, vel ab Episcopo conditæ. Similiter Lex Civilis dividitur juxta varia rerum publicarum regimina. Ultima legum divisio consistit in hoc, quod nempe aliæ sint affirmativæ, aliæ negativæ.

Difert autem lex positiva in hoc a lege eterna, et naturali, quod lex positiva proveniat ex libera positione; si est positiva Divina a Dei determinatione, si humana a positione Superiorem, vel Ecclesiasticorum, vel civilium.

Cap: 2. De lege eterna

Quid sit lex eterna? Resp. esse rationem Divinæ Sapientiæ ab eterno in Deo existentem, qua omnes actus, motusque creaturarum omnium dirigit ad bonum commune totius universi; Et ratio ista est in Deo omnia gubernate, sicut in Principe invenitur dictamen practicæ rationis, secundum quod regit omnia ad bonum commune totius Provinciæ sibi subjectæ: [a] Cum autem ratio ista in Deo nihil concipit ex tempore, sed habet eternum conceptum; inde est, quod hujusmodi legem oportet dicere eternam. Si autem licet legem vocare illum conceptum legis, facile cognoscitur ex D. Th. qui ait, eternum Divinæ legis conceptum habere rationem legis eternæ, secundum quod a Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso præcognitarum.

[a] 1. Th. in q. [illegible]

Ibidem 1. Th.

Rom. 4
2. Cor. 3.

Cap. 3. De lege Divina positiva, antiqua, et nova.

Quæ sint leges Dei positivæ. Resp. esse antiquam, et novam; lex autem antiqua est Moysis, nova est Christi lex. Leges

ista multum differunt inter se, et communiter septem assignan-
tur differentiæ, prima; lex antiqua erat umbra novæ; secunda;
lex antiqua non ducebat ad apicem perfectionis, neque ad jus-
tificationem, sicut nova; tertia, lex antiqua erat littera occidens,
Rom. 4 ministratio mortis, ut ait Apostolus, quia ingerebat cognitionem
2 Cor 3. peccatorum, sed gratiam non.ferebat, qua vincerentur; notan-
dum tamen, quod ex dictis non est inferendum, homines
hujus temporis non potuisse salvari. Illis numquam defuit
gratia saltem sufficiens: Immo in hac lege fuere viri exi-
miæ sanctitatis, sed hoc non habebant ex vi suæ legis, sed
ex fide Christi venturi; quarta differentia est, quod lex anti-
qua multas habebat difficultates, quod non discernitur in nova,
cum ita sit jugum suave, et onus leve; nam ātiqua præ-
ter moralia præcepta continebat multa alia tum Jud-
icialia, tum ceremonialia, quinta differentia, in lege Moysis
omnes erant servi, unde nulla habebant consilia, sed omnia præcepta
cum vero in lege Evangelica simus filii, hinc data sunt
nobis multa tamquam consilia, et pauca tamquam præ-
cepta. ~~Septa~~ Sexta, cum lex antiqua esset infirma,
hinc fit, ut tollerantia uteretur circa quosdam defec-
tus, quod alienum est a lege Evangelica.

Sep=

Septima tandem differentia est, quod nova lex obbligat omnes, antiqua vero adstringebat tantummodo Hebreos, sed tamen licitum etiam erat aliis nationibus amplecti Moysis legem, et qui amplectebantur, Proselyti vocabantur

Cap 4. Cur data fuit lex antiqua, cum per eam non vinceretur libido peccandi?

1 2 q. 98 art 6 Resp. cum S. Th legem datam fuisse ad hominum convincendam superbiam: putabant enim miseri posse propria scientia atque potentia consequi salutem. Scientia eorum praecipue consistebat in peccato, sed prolapsi sint ad turpissima vitia usque ad idololatriam, sed, quamvis peccatum esset illorum scientia, tamen nullam peccati cognitionem habebant; quia per legem cognoscitur peccatum; atque

Rom. 5 nulla lex erat illis data lege, cognovere peccata, suamque vanam scientiam, nempe ignorantiam. Data lege, fuit homo instructus, atque convicta ejus superbia de infirmitate, dum implere non poterat quod cognoscebat. Et ecce per legem convicta superbia hominum tum de praesumpta scientia, tum pariter de potentia Cur autem tanto tempore relicti sint homines sub lege naturali, et Moysis,

Ibidem respond. S. Th.e quod cum peccatum ex superbia proveniat, eo modo erat homo liberandus, ut cognosceret humiliatus se liberatore indigere.

Cap. 5.us De abrogatione legis antiquae.

Quo tempore cessavit lex antiqua? Resp. legem antiquam cessasse tempore passionis, vel saltem resurrectionis Christi, ista est sententia B. Th.e firmata S. Augustini auctoritate, quam omnes tuto sequi possunt, quicquid dicant alii in opposito: Doctor Angelicus tali ratione confirmat suam sententiam: Veritas, et umbra simul permanere non possunt; lex antiqua fuit umbra, seu figura Novae, quae est Veritas, quapropter adveniente veritate, impletur figura; umbra dissolvuntur; quis dicat nunc, veritatem, et figuram eodem tempore posse manere? nemo certe asserere hoc potest; hoc posito, certum est tempore passionis Christi, adimpletas fuisse omnes figuras, umbrasque, quas lex Moysis continebat, vel saltem tempore Resurrectionis; quod optime confirmat B. Augst. Velum templi scinditur, quia Synagoga honore nudatur, observatio antiqua dissolvitur: Itaque confitendum est, tempore passionis, vel resurrectionis Christi cessasse antiquam legem, et

Margin notes: 1.a 2.ae q. 103. art. 3. ad 2.; 2.a Augst. ser. 101 de Temp.

et cepisse Evangelicam: Si dicas, legem non obbligare nisi post promulgationem; hoc fateor vel ego, sed non est ex hoc inferendum, legem Christi non cepisse tempore ejus mortis vel resurrectionis, quia promulgatio non constituit legem, sed est conditio legis ad effectum obbligandi necessaria: preterea non omnino defecit promulgatio legis novæ tempore Passionis, et Resurrectionis Quidnam significabat scissio veli templi? Numquid non populus Iudaicus edoctus fuerat, figuras legis adimplendas fore per adventum Messiæ? Quid obscuratio Solis? Quid tremor terræ significabat? Attendant adversarii, et cognoscant.

Utrum cerimoniæ nullius fuerint valoris, vel etiam nocuæ, cerimoniæ nempe antiquæ legis statim post Christi Resurrectionem. Resp. Divum Bernardum asserere tales cerimonias non tantum inutiles esse post Christi Resurrectionem, verum etiam vim habuisse ad justificationem; sententia sua optime confirmat, tum auctoritate, tum rationibus; sed in hoc omnes non concurrunt, imo plerique sequuntur D. Augustinum, qui asserit legis antiquæ cerimonias post Resurrectionem Christi statim non esse nocivas, sed ne parvam quidem habuisse vim ad justificationem, cui sententiæ post fortem, sed modestam

e S. Hier. Ep. 89 Item S. Hier. l. 2 Dial. adversus Pelag. c. 5.

S. Th. 1. 2. q. art. 2.

a S. Bernard Ep. 77. ad Hugonem cap. 2.

S. Aug. Ep. 9. et 19.

e S. Hier. Ep. 89. Item S. Hier. l. 2. Dial. adversus Pelag. c. 8.

contentionem cum eodem D. Aug. suum praefecit consensum D. Hieronimus.

Cap. 6.

De lege Naturae

Quid est lex naturalis Resp. legem naturalem non consistere in illa inclinatione, quae nobis communis est cum brutis, uti vult Ulpianus, sed juxta D. Th. esse quandam participationem legis aeternae, sive rationis aeternae, vel providentiae, qua homo consulit sibi, vel intimat quid agendum, quid omittendum sit, ut honesta vivat, atque ut consequatur suum finem.

1 Th. 1. 2. q. 91. art. 2.

Quid est jus gentium Resp. esse quasdam dispositiones ad bene convivendum necessarias, quae sine labore deducuntur a lege naturali; necessarias, dixi, quia homo natus est ad societatem; nam sicut necessaria est lex naturalis, ut homo se ipsum regat, ita jus gentium, ut se ipsum regat, sed cum aliis, nempe convivendo.

Legis naturalis magna est extensio, nam extenditur ad omnia, quae necessaria sunt ad honeste, virtuose, seu rationabiliter vivendum; hinc fit, ut etiam complectatur praecepta Decalogi, excepta Determinatione diei Dominicae; at tamen obligatio de Deo colendo est de jure naturali;

praeterea

praeterea extenditur ad omnes actiones virtutum, quatenus virtuosae; quia homo obligatur ad virtuose agendum.

Extensio iuris gentium explicatur in lib. ~~pto~~ pr. Digest. Ex hoc iure gentium, ait Hermogenianus, introducta bella, discretae, id est, divisae Gentes, Regna condita, Dominia distincta, agris termini positi, aedificia collocata, commercium emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes institutae, exceptis quibusdam, quae a iure civili sunt introductae. Ita est extensio iuris Gentium.

Quaeritur, an indigeat publicatione lex naturalis:

Resp. non indigere, quia innata est in nobis; lex

S. Amb. naturalis non scribitur, sed innascitur, ut ait D. Ambros.

l. 4 Ep. 11. Utrum dari potest ignorantia invincibilis praeceptorum legis naturae: Resp: praecepta legis naturae vel considerantur tamquam principia generalia, vel tamquam conclusiones ex istis principiis deductae, ~~vel~~ et propinquae, vel tanquam conclusiones remotae ex ipsis principiis desumptae, si primo modo sumuntur dari non potest ignorantia invincibilis, si 2do modo, dari non potest, saltem per longum tempus, dummodo tamen conclusiones propinquae

non involvantur in circumstantiis, quo in casu datur ignorantia invincibilis, sicut etiam datur in conclusionibus remotis a principiis generalibus deductis.

Cap. 7. De lege Humana

Præter legem eternam, et naturalem, de quibus hactenus est dictum necessaria fuit lex humana; et hoc triplici de causa; 1a Quamvis omnes homines ex ortum ferant legem, legem nempe naturalem, ad illius tamen assecutionem sine disciplina, et directione pervenire non possunt propter innatam ignaviam, atque tarditatem; hinc necesse, ut aliqui proponant leges ad virtutem compellendos alios: 2da Datur lex humana in favorem ignorantiæ hominum circa præcepta legis Divinæ; præterea in ista lege multa obscura, et indeterminata sunt, quæ per humanam legem lucescunt, determinanturque, sicut determinatio de Eucharistia summenda &c 3a Datur lex positiva ad pacem, et tranquillitatem communem. Qua enim tranquillitas dari posset, nisi pœnarum metu mali coercerentur? Lege de hoc S. Isido. l. 5. Etymol. cap. 20, et Aristot. l. 2. politic. c. 12. in fine.

Quid est lex humana, vel civilis. Resp. cum D. Th. legem humanam esse ordinationem rationis ad bonum commune ab aliquo potestatem habente, promulgatam: ad validitatem autem talis legis multæ sunt conditiones necessariæ, quæ ab Isidoro sic assignantur, et omnes sequuntur: Erit lex, ait, honesta, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco, temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat; nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

Quæritur, utrum Episcopi possint condere leges: Resp. affirmative auctoritate Conciliorum, Sanctorumque Patrum: præterea Episcopi habent merum, et mixtum imperium, merum, nempe potestatem gladii* spiritualis, mixtum idest jurisdictio explicandi quæstiones civiles: Hoc Imperium tamen Episcopi habent non in regimine civili, sed in spirituali, et in causis Ecclesiasticis: Quod diximus de Episcopis, dicendum, servatis servandis, de Principibus, imo latius in quibusdam rebus, seu et in absolutius.

Quæritur, utrum leges civiles in conscientia obligent. Resp. cum S. Ap. obligare. Nam omnis potestas a Deo est. Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt; itaque, quæ

per

potestati resistit, Divinæ ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Obies. Si lex humana non spectat ad directionem Spiritualem animarum, sicut Ecclesiastica, non obligat in conscientia: atqui verum prius; Ergo et posterius.

Resp. legem humanam spectare * ad directionem animarum, nisi immediate, saltem mediate, procurando nempe publicam pacem, quæ necessaria est, ut fideles liberi sint in professione suæ Religionis, et ne perturbantur ab Hæreticis, aliisque improbis.

* Spiritual

Quid sit dicendum de legibus pœnalibus: Respondent aliqui nullas leges pœnales obligare sub gravi, cum hoc tamen non exprimatur a Legislatore, vel cum lex pœnalis non prohibeat quod jam est prohibitum vel a lege naturali, vel a Divina.

Alii tamen dicunt, alias esse leges mere pœnales alias mixtas, meræ pœnales vocantur (ajunt), quæ nullum includunt præceptum, sed tantummodo punitionem et ista non obligant ad culpam, sed solum ad pœnam: aliæ mixtæ verò sunt continentes præceptum præter punitionem, et istæ obligant, et ad culpam, et ad pœnam.

Postremo solidissime ait Dominicus Soto, nullas revera esse leges

leges istas pœnales. Quænam justitia est, ut, ubi non est culpa, detur pœna? In legibus pœnalibus parse nihil spectat ad culpam, sed totum ad pœnam. Ergo est dicendum, injustas esse tales leges, et si injustæ non propriæ sunt leges; quia ad constituendam legem requiritur ut sit justa. Si plura cupis, lector, perlege Sotum lib. 2. de Just. et Jure qu. 6. art. 1.

Non negandum est tamen, esse quasdam civiles ordinationes, sicuti sunt regulares constitutiones, quæ etiamsi non culpam, pœnam tamen inferunt. Sed istæ constitutiones propriæ non sunt leges. In his constitutionibus, licet non sit præceptum, peccare tamen earum transgressores, sustinent Doctores, si adsit contemptus; et magna est culpa, si propter transgressiones oritur scandalum in communitate.

Bellarm. l. 3. de Memb. Eccles. ca. 20.

Quæritur, utrum trasgressor legis pœnalis debeat ante judicis sententiam executoriam pœnam subire: Resp. non teneri si pœnæ nimis sint atroces, sæveque, sed sufficit dispositio obediendi omnino judici; ratio autem hujus sententiæ est, quod ut reus possit ex se pœnam subire ante sententiam, necesse est, ut pœnæ non sint contra mores hominum, que naturam; pœnæ atroces, sicut mors, mutilatio nonne

sunt

sunt contra naturam, moresque hominum? Ex hoc infer quod inferendum. Sin autem pænæ non sunt hujus generis, debent transgressores ex se pœnam subire, quod præcipue faciendum in Censuris Ecclesiasticis latæ sententiæ. Quod dictum est de pænis ante judicis sententiam executoriam, dicendum post sententiam.

Quæritur utrum gravitas transgressionis alicujus legis pendeat ab intentione legislatoris, vel a materia: Resp. cum Bellarmino gravitatem culpæ pendere non ex intentione legislatoris, ut volunt multi, sed ex gravitate materiæ.

Bellarm. l.3. de Romb. Eccles. ca. 1. Dr.

Quæritur, utrum sit necessaria acceptatio populorum ad valorem legis: Resp. hoc ~~[illegible]~~ ~~hoc~~ asserere esse contra jus Naturæ. Certum est, ~~multo~~ magis exprimere auctoritatem legis confirmationem, quam institutionem. Hoc posito, majorem haberent populi auctoritatem, leges con~~firmando~~ ~~leges~~ firmando, quam Principes condendo. Quis non dicet ~~Dicitur hoc~~ esse contra Naturam Dependentiam Principis a subditis?

~~Quæritur utrum hoc~~ hanc

Cap. 6. De materia humanæ legis.

Quæritur, utrum lex humana possit imperare actus internos?

Resp.

ecclesiasticam legem (de Civili non alloquor, aliis hoc relinquendo) ecclesiasticis legibus, dico, posse legitime actus imperare internos, non quidem internos absolute, sed quatenus sunt conjuncti cum externis. Hocque luna clarius; nam Ecclesia imperando aliquam actionem ut plurimum eam ordinat ad aliquem spiritualem finem, sive ut clarius loquar, vult actionem virtuosam. ~~v. g. vult recitationem Officii etc.~~ Ad constituendam actionem virtuosam, nonne requiritur actus internus? v. g. in recitatione Officii requiritur devotio, quae devotio est actio mere internus: Ex hoc inferendum quod Ecclesia potest imperare actus internos.

Queritur utrum non solum substantia actionis, verum etiam modus, seu finis cadat sub precepto. Resp. cum Cajetano D. Thom. in hoc magis, quam in quibusdam aliis locis sequente respondetur, dico, tria esse in actionibus humanis considerandam, substantiam, modum intrinsecum, atque modum extrinsecum actionis. Substantia actionis est ipsa actio, modus intrinsecus ~~pro~~ actionis ~~vir~~ procedit vel ex proprio ~~et~~ ~~[illegible]~~ motivo, vel a virtute peculiari, a qua procedit ipsa actio; modus extrinsecus procedit vel

vel a Legislatore, vel ab extranea virtute, ver. g. modus intrinsecus jeunii est mortificatio carnis, pœnitentia &c. ad quas virtutes spectat directe jeunium, sin autem jeunium ad aliquid aliud applicatur, puta ad sedend aeris tempestates, vel ad aliquam aliã obtinendam gratiam, ~~et ad~~ non vero ad corporis macerationẽ; in hoc revera consistit modus extrinsecus jeunii, quia procedit vel a Legislatore, vel ab aliqua virtute extranea. His prænotatis dicendum est ~~esse~~ motum intrinsecũ actionis cadere sub precepto, non vero extrinsecũ; quia jubente v. g. jeunio Princeps absolute reqũi= rit actum virtuosum, et primario, secundario autẽ vult hoc vel illud mediante jeunio; virtuosus autem actus dicitur ~~[illegible]~~ ~~se potest~~ qui procedit ab aliqua virtute, quæ postea sive intrinsece, sive extrinsece spectet ad actum, ~~quod~~ nihilum valet, dummodo actio fiat virtuosa unis ex duo= bus modis: hinc aperte constat omnino errare, qui as= serunt, [illegible] adimplere actus imperatos, et satisfacere preceptis Ecclesiæ, ~~quin~~ quin habeat intentionẽ atque culpabilẽ dis= positionẽ. Caput 9 De his qui legibus subjiciuntur.

Quæritur, an Legibus suis tenentur obtemperare Legislatores.

Ho-

Notandum est, duplicem vim esse in legibus, aliam, quae dicitur directiva, aliam coactiva; coactiva nempe, quatenus obligat, et cogit metu paenarum ignavum; directiva, quatenus ordinat homines in suis actionibus: hoc posito, respondetur, Legislatores debere suis obtemperare legibus quantum ad vim directivam, cum vel ipsa indigeat mensura, et regula in suis actionibus; ista autem mensura, et regula est lex, ut ait D. Th.; ergo Legislatores tenentur quantum ad vim directivam suis legibus, non vero quantum ad vim coactivam; nam cum non sint subditi ulli principes, hinc fit eos posse sine paenarum metu spernere, quod aliis imponunt, imperantque; sed isti attendere debent legi Divinae, naturalique: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Sunt tamen leges, quae obligant subditos, nulloque modo possunt obligare Superiores; non enim est necesse, ut Superior deponat arma, quae aliis vetat, ut vestes non induat pretiosas, quas ad communia vitanda incommoda prohibet lex.

Quod dictum est de Legislatoribus, est dicendum de viris justis, quadam tamen servata proportione. viri justi

vel

vel ipsi non obtemperant legibus vi coactiva, sed vi direc tiva, sed hoc provenit, non ex autoritate sed ex illorum probitate, cum sint propter amorem virtutis subditi legibus; cesset autem, cesset in eis justitia, atque probitas, tunc cognoscunt vim coactivam: et hoc pacto intelligitur quod ait Apostolus Justo lex non est posita

Utrum pueri tenentur legibus. Praemittendum est, a Canonistis dividi etatem hominis in infantiam, pueritiam, pubertatem, adolescentiam, etatem virilem, et senectutem Infantia primum continet septenium, pueritia secundum in masculis, in feminis ad annum duodecimum terminatur; pubertas complectitur tertium septenium, adolescentia extenditur usque ad trigesimum, vel circiter annum. Virilis etas non habet praefinitum tempus, sed in aliquibus prius, in aliis tardius secundum varias corporis dispositiones interrumpitur per senectutem.

Respondetur, quod si de infantibus agatur, nullis omnino esse legibus subiectos, nisi tamen malitia vincat etatem. Duplex tamen difficultas circa infantes occurit. 1.° An incurrant irregularitatem ~~incurrant~~, si ante rationis usum aliquem

aliquem mutilaverint, aut occiderint? 3tio Utrum pecc-
ent parentes praebendo infantibus tempore vetito carnes?

C. Si furios. Clementina De homic.

Ad primam difficultatem respondet definiendo Clemens 5us: Si furiosus, aut Pontifex, aut infans, aut dormiens hominem mutilet, aut occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Ad 3tiam difficultatem respondetur, parentes non peccare praebendo carnes tempore vetito infantibus, sed tamen laude essent digni, si ab infantia suaviter docerent experientia quod infantes portare jugum legis Evangelicae, jugum suave, et leve:

Circa pueros in septennio positos, occurrunt duae aliae difficultates, 1o utrum quod subjiciantur legibus civilibus, et utrum an suis Ecclesiasticis? Ad primam resp. si malitia vincat-do etatem inducat tales pueros ad patranda revera peccata, sunt omnino legibus subjecti, sed tamen executio poenae, seu poena debet esse mitior propter etatem.

Ad 2dum respondetur, pueros istos namque malitia refertos, subjicere censuris etiam Ecclesiasticis et casuum reservationi; sed etiam in hoc mitius est cum eis agendum propter etatem, ita ut si peccatum alicujus pueri hujus farinae sit Pontifici reservatum, potest Ordinarius absolvere.

cap.

Caput 20 De Incolis
Peregrinis, et
Vagis.

Ad elucidationem hujus capitis aliqua sunt notanda: 1°.

De Constitu. in 6 Statut. Aliæ sunt leges personales, atque locales aliæ. Primæ afficiunt personas, 2æ ~~loca~~ territorium: Sunt tamen aliquæ leges, quæ, quamvis obligent tantummodo in territorio existentes di= recte, tamen aliquo modo afficiunt personas extra territo= rium, ~~et est~~ aliquo modo, idest quando spectant ad res, vel comodum territorii, v. g. de potest Princeps prohi= bere venditionem mercium extra territorium, condendo leges mere locales, quæ tamen obbligant extra territorium, quia spectant ad res, territoriique comodum.

lege ultima. ff de Jurisd.

2°. Potest quis subjici foro alicujus territorii quadruplici ra= tione, vel ratione domicilii, ~~vel~~ delicti, contractus, atque litis.

l. licet de foro compet.

3° Ad acquirendum verum domicilium, duo requirun= tur, nempe ut incipiat aliquo in loco habitare, + cum tota ~~et habe~~ familia, et animum ferat ibi manendi

l. domicil. ff ad muni= cipal.

4° Quatuor sunt genera habitationis, verum domicilium, de quo supra, quasi domicilium, idest eorum qui incipiunt aliquo loco habitare animo ibi permanendi per annum, vel per me= diam

diam anni partem, ut Scholastici; tertia habitatio est peregrinorum, qui propter negotia se transferunt ad aliud locum sine animo ibi permanendi nisi brevissimo tem=pore; quarta tandem habitatio est vagorum, qui, cum nul=lum habeant fixum domicilium, mox in uno, mox in alio loco commorantur. His prenotatis.

Queritur, utrum incolę unius loci moram brevissimo tempore facientes in alio loco teneantur parere legibus sui territorii, vel Diecesis, et observare festum, vel jejunium suę Parochię, vel Diecesis. [illegible]

Resp. cum tales leges sint mere locales, non teneri, vide quod supra dictum est de legibus localibus, ex hoc tamen non ~~est~~ sunt inferendę quędam a malis Casuistis iam dedu=ctę consequentię; Inferunt tales posse aliquem deserere propriam Parochiam, in qua jejunium servatur, ut in alia eximatur ab obligatione jejunandi, et alia hujusmodi: sed isti habent fœnum in cornu, quapropter evitandi.

Queritur, utrum vagi teneantur legibus loci illius, per quem transeunt, cum nullum habeant domicilium

Resp. Affirmative; quia cum isti non habeant fixum domi=cilium, nullas fixas habent leges neque locales, neque perso=nales; sin autem eximantur etiam a legibus locorum, per quę

tran=

transeunt, essent vagantes sine lege homines. Hoc est absurdum asserere.

Queritur an Peregrini tenentur legibus locorum, per que ~~trans~~ transeunt, vel in quibus moram faciunt per breve temporis spacium.

Resp. Affirmative, quidquid dicant aliqui; ratio est: si locales leges non obligant extra territorium, ut satis jam probatum est, peregrini essent sine legibus, cum parere non tenerentur ne illis quidem, que spectant ad loca, per que transeunt. quis hoc ~~negare~~ asserere potest? Quis hoc asserere? Quis non conDemnare?

Queritur quommodo sint peregrini locorum jurisdictioni alienorum subjecti ratione delicti, et contractus.

Resp. distinctione; vel pena pro delictis lata cadit tantummodo in personam delinquentis, vel in suas res; si in personam, debet ~~ex~~ penam ~~sub~~ luere in loco, ubi patravit delictum, quamvis extra suum territorium; si vero in res in suo ~~territorio~~ ~~dicta spectat~~ territorio sitas, judicari poterit in loco, ubi deliquit, executio vero spectabit ad judices ejus territorii.

Ratione contractus, peregrinus semper debet inire contractus juxta consuetudines illius loci, in quo est contracturus. Excipiendus est contractus dotalis, qui secundum domicilii mariti executionem habet, quavis sit in domo patris uxoris instrumentum factum.

Que=

Queritur utrum hi, qui proponunt majori anni parte, vel adhuc longiori tempore in aliquo loco immorari, subeant ibi forum justitiæ et an ipsi jus Parochiale acquirant?

Resp.^a tales personas non contrahere neque jura, neque onera

Cod. de incol. civium, sed tamen oportere sunt illi tribunalia, quo possint se defendere; quod autem spectat ad jus Parochiale dicendum, quod hujuscemodi personæ possunt recipere sacramenta, obtinere sepulturam, atque contrahere matrimonium.

Cap. 22. De mutatione, dispensatione, et interpretatione Legum

Queritur Quid sit, et an expediens Legum mutatio. Resp. Legum mutationem evenire posse triplici ratione, tempus legis fixum finiendo, per consuetudinem contrariam legi legitime introductam, tandem per novam legem primæ contrariam.

a S. Th. 1. 2. q. 97. art. 1 et 2. An autem expediat.^a Resp. D. Th. aliquando expedire duplici ratione; prima quando ratio ~~legis~~ sic postulat; nam interdum ratio, quæ dedit causam primæ legi, suadet utilius esse eam abrogare; et tunc faciendum est; 2da, quia expedit mutare leges; quando id petat diversitas hominum conditionum: monet tamen S. Doct. non faciliter mutandas esse leges.

Queritur Quid sit dispensatio Legum Resp. esse quandam legis relaxationem vel partialiter, vel totaliter factam

vel pro una tantum vice, vel per certo tempore, vel absque temporis determinatione; sed in hac multum debent advertere dispensatores, ut monitio fit in paragrapho Gratiani, ne temere concedatur talem relaxationem, quae debet provenire ex his fontibus, nempe vel ex pietate, necessitate, vel utilitate, si secus, mala omnino.

Quaeritur, an superior dispensans debeat attendere in dispensatione bonum commune, an particularem utilitatem

Resp. cum S. Bernardo[a] utilitatem, seu necessitatem requisitam ad dispensationem debere talem esse, ut non respiciat particulare, verum ~~aliam~~ commune bonum; secus dispensatio non esset vera dispensatio, sed crudelis dissipatio. Haec ~~fit~~ est S. Th., et communis Canonistarum Doctrina: Vide D. Th. 1.2. q. 94. art. 4. et Panormitanum sub. da multa de praebendis

[a] S. Bern. l. de conside. c. 4. in fine

Quaeritur, an peccat qui sine rationabili causa dispensationem petit

Resp. cum Cajetano Affirmative, quia quiquis inducit aliquem ad peccatum, absque dubio peccat; qui petit dispensationem sine causa ~~—~~, inducere ad malum superiorem tentat; nam peccat superior dispensando sine causa: Ergo qui vult dispensationem sine rationabili causa peccat.

Quaeritur, an aliquando dispensare possint Episcopi in legibus univer-

versalibus Ecclesiae, quae procedunt vel a Conciliis generalibus, vel a Pontifice, vel tandem a consuetudine universali.

Resp. Episcopos ~~absolute~~ non posse dispensationem concedere, nisi hoc sit expressum in jure in legibus Ecclesiae universalibus ut supra dictum est procedentibus a Conciliis generalibus, a Pontifice etc. Quibusdam tamen in casibus possunt, et debent, cum v. g. non facile sit recursus ad Superiorem, vel sit periculum in mora etc.

Fagnanus in cap. nimis De filiis presb. n. 3. n. et seqq.

Quaeritur; A quo facienda sit legis interpretatio. Resp. spectare vel ad Legislatorem, vel ad ejus successores et ista est authentica interpretatio et generalis. Alia, est interpretatio judicis, quae generalis quamvis vim habeat praecepti, tamen non est ~~Authentica~~; quia si esset ~~Authentica~~ generalis, non ~~esset~~ ~~patet~~ ~~via~~ ~~appellationi~~ esset appellatio.

Resp. 2do. Verba legis accipienda esse in propria, et stricta significatione, si exinde non sequatur aliquod inconveniens; sic tamen non est procedendum si constet mentem Legislatoris aliud intendere, si verborum proprietas repugnaret antiquioribus, vivisque Decretis, et in aliis hujus generis casibus. Notandum tamen, quod semper in Favore est lex amplianda, in Rigore stricte servanda.

Resp. tandem aliam esse interpretationem per aequum et bonum;

et alia per Epikejam, quæ interpretationes, ratione indulgentiæ, quæ admittunt in legibus, vocantur benignæ interpretationes.

Cap. 12.

De consuetudine, et Privilegio.

Quæritur; Quid sit consuetudo, et quotuplex? Resp. [a] consuetudinem esse jus quoddam moribus institutum, quod suscipitur pro lege, cum deficit lex. Quotuplex autem sit consuetudo, multifariam esse, constat. nam alia est consuetudo facti, alia juris; ~~facti~~, ~~dest~~ consuetudo [a] facti est frequentia aliquid faciendi, quod facere, vel non facere in nobis est: consuetudo juris est jus ipsum, quod oritur ex illa ~~fre~~ actuum repetitione

[a] in jure canonico tit. 1. c. 1.

[a] in 3 sent. 3 q. 4 q.

Consuetudines aliæ sunt universales, aliæ particulares; Ecclesiasticæ aliæ, aliæ civiles; aliæ, quæ perpetua traditione ab Apostolis emanatæ creduntur; aliæ, quarum initium cognoscitur; aliæ rationabiles, utiles, Religioni conformes, aliæ morum corruptivæ, aliæ quæ a populo non subjecto introducuntur, aliæ quæ a subditis.

Consuetudo in genere dividitur in consuetudinem secundum legem, præter legem, et contra legem: Consuetudo secundum legem non tollit legem, imo confirmat. Consuetudo præ-

tor

ter legem non tollit legem, imo aliam constituit, si tamen consuetudo sit ~~de rebus~~ rationabilis: Consuetudo contra legem, si habeat conditiones requisitas, potest abrogare legem, quae tamen ~~consuetudo~~ melius desuetudo vocatur; quae duplex est, id est alia negativa, alia positiva; negativa, quatenus subditi per desuetudinem recusant parere legi, positiva, quatenus non solum recusant obtemperare, sed actibus oppositis legi agunt, sive ~~sive~~ contra legem constituunt, ut ita dicam, novam legem.

Quaeritur utrum consuetudo praeter legem obliget, et quae conditiones ad hoc sint necessariae

Resp. obligare omnino, cum pro lege suscipiatur. Immo hujus modi lex ex hominum moribus tracta omni lege positiva antiquior est, ut ait I. Isidorus. Jus consuetudinis, ait Gratianus, post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines convenientes in unum ceperunt simul habitare. Ecclesiasticae vero consuetudines tantam vim habent, ut in Canone (In his) dicatur, quod in his rebus, de quibus nihil certi statuit Scrip. sacra, mos populi Dei, et instituta majorum pro lege tenenda sunt.

Conditiones requisitae ad rite constituendam consuetudinem sunt quinque; 1ª ut sit rationabilis, ~~utilis~~ utilis omnibus saltem illius loci, in quo viget; 2ª ut fiant tot actus, et

Grat. D. his itaque diss. 7.

Can. in his dist. XI.

et tam manifesti, ut in notitiam populi devenient; 3ª ut habeat temporis requisitam longitudinem, quæ secundum jus extenditur usque ~~usque~~ ad decennium; 4ª ~~tam~~ ut consentiat superior saltem interpretative, seu implicite; 5ª ut actus consuetudinis fiant a toto populo, vel a majori parte.

Qu. Utrum consuetudo contra legem tollat omnino vim legis. Resp. negative si loquamur de lege Divina, et naturali; si vero de civili, vel Ecclesiastica affirmative respondendum est, dummodo talis consuetudo sit rationabilis, et præscripta. Præscriptio ista contra legem civilem esse debet saltem decem annorum, contra Ecclesiasticam quadraginta annorum; advertendum tamen est, quod ~~[illegible]~~, ut præscriptio sit valida debet pacificam, neque interruptam esse. Tunc vero dicitur consuetudo rationabilis, cum non sit morum corruptiva, neque disrumpit nervos Ecclesiasticæ disciplinæ.

Quæritur, Quid sit Privilegium? Est quædam exemptio a jure communi; differentia, quæ intercedit inter Privilegium, et dispensationem, magna est, nam dispensatio ~~se~~ ~~extenditur~~ conceditur ad unum, vel alterum actum; Privilegium illimitate ad varios actus ejusdem tamen rationis; dispensatio est ad ~~breve~~ tempus, vel ad tempus pro instanti necessitate, qua cessante cessat

dispensatio; Privilegium vero est ad instar legis, quae constans esse debet, atque habere tractum perpetuum vel saltem diuturnum; uno verbo dispensatio est exemptio ab observatione legis, Privilegium est exemptio a lege ipsa. Privilegium aliud est personale, quod conceditur personis, quamvis intuitu personarum afficiat aliquando etiam res, ut privilegium Regularibus concessum non solvendi decimas extenditur ad praedia monasterii ratione Regularium: aliud est privilegium reale, quod afficit immediate res, sed aliquando etiam personas ratione rerum, v. g. conceduntur privilegia dignitati alicui, ut dignitas est per se, gaudet tamen de istis, qui dignitatem possidet, et Privilegium reale transit ad personas.

Privilegium personale dividitur in singulariter personale, quia uni conceditur; in personale communiter, quatenus spectat ad quasdam personas; in corporale, quia afficit aliquam communitatem. Advertunt tamen Canonistae, privilegium communiter personale, et corporale ~~[illegible]~~ esse mixtum inter personale, et reale, quia non tantum personas, verum etiam res afficit.

Privilegia iterum dividuntur in Privilegia contra jus, et praeter jus.

Differentia quæ intercedit inter ista Privilegia, hæc est; quod Privilegia contra jus sunt stricte semper sumenda, quia odiosa, quamvis favorabilia alicui Personæ, communi tamen non sint; Privilegia vero præter jus, cum mera Principis beneficia, la- ta sunt interpretanda; quod etiam observandum est in Privile- giis contra jus, quæ tamen debent esse in favorem causæ publicæ, piæ, et religiosæ, vel hoc est observandum si privilegia facta sunt a Principe, non precibus, et impor- tunitatibus, sed motu proprio, quamvis sint contra jus, et non sint in favorem causæ piæ.

Privilegium dividitur in Affirmativum, et negativum; Af- firmativum datur ad aliquid faciendum, negativum conce- ditur ad eximendum aliquem ab onere communi.

Alia sunt Privilegia mere gratiosa, quæ nempe procedunt a liberalitate Principis; alia remunerativa, facta nempe intuitu meritorum.

His positis, colligunt 1. Doctores, posse aliquem uti privilegio mere personali ubique ~~[illegible]~~ sine præjudicio tamen legum locorum, per quæ transit, quibusque se conformare debet.

Colligunt 2. Quemlibet posse renuntiare privilegio, si sit persona- lia.

Colligunt. 3. Quodlibet amittere privilegium si affirmativum, et

aliis

prejudiciale sit, nisi amittere, dico, per non usum spatio
decenii inter presentes, et viginti annorum inter absentes, ut
ff. de Hund. ex lege (Hundinis) patet

Colligunt 4 Aliquem amittere Privilegia negativa per
~~actus~~ alii onerosa per actus contrarios, vel via contra-
ventionis v. g. quis est exemptus a decimarum solutione
ab Ordinarii Jurisdictione, si iste solvit decimas, si se
subjicit Ordinario; per istos actus amittit Privilegium, si
hoc tamen invitus facit, et cum protestatione salvi sui
privilegii, juri suo cedere non videtur: Quot autem
actus requirantur, ut quis Privilegium amittat, consue-
tudini locorum standum est:

Colligunt 5. Cessare Privilegia conditionata, cessante con-
ditione.

Colligunt 6. Privilegia gratiosa revocabilia esse ad nutum
concedentis, remunerativa vero non nisi exigente causa.

Colligunt 7. Duplicem esse revocationem, unam expressam, al-
teram tacitam. Expressa fit vel per specialem, vel per
generalem clausulam. Expressa Generalis Clausula non
tollit privilegia, si litteræ concessionis datæ sit sub hac
conditione, ut nonnisi speciali expressione illis derogetur.
Excipe tamen si generali formula comprehendat omnes casus
sub

De pr[...]
in 6.

sub quacumque expressione conceptos: Revocatio tacita fit per finem temporis Privilegio determinati, vel per cessationem causæ, qua datum fuit privilegium.

Privilegium prius concessum, per secundum non tollitur, nisi de illo fiat mentio specialis. Hoc tamen limitandum est, ut de privilegiis in jure insertis non intelligatur, quæ a superiore ignorata non presumuntur; neque de privilegio generali, quod per subsequens speciale tollitur, ut declaratur in Cap. Quamvis tibi. De prebend. in 6.

Cap. 13.

De Rescriptis.

Quæres primum quid sit rescriptum: Respond. esse litteras a Pontifice, vel Principe obtentas pro aliqua dispensatione, vel pro alio fine.

Quomodo judicari possit de validitate, seu invaliditate Rescripti?

Pro solutione variarum quæstionum, quæ in hac materia sunt, multa sunt a nobis notanda.

1.° Notandum est, alia esse Rescripta gratiæ, alia justitiæ; gratiæ Rescripta consistunt in sola alicujus gratiæ concessione; justitiæ vero Rescripta consistunt in potestate, quæ alicui datur intuitu petentis Rescriptum componendi lites &c.

2 Notandum est alia esse Rescripta motu proprio concessa, alia

alia ad instantiam alicuius.

3. Not.dum est, in Rescriptis accidere posse subreptionem, vel obreptionem, subreptio est reticentia veritatis, obreptio est prolatio, aut expressio falsitatis.

4. Not.dum est, in concessionem Rescriptorum posse obtineri diversis rationibus, quae vocantur impulsivae, vel finales. Rationes impulsivae faciliter obtinent rescriptum, finales causant omnino.

5. Not.dum subreptionem vel obreptionem posse accidere vel per fraudem, vel per simplicitatem. Dolus autem pertinere potest non solum ad ipsum oratorem, vel petentem, sed aliquando tantum ad sollicitatorem, vel Bancherium.

6. Not.m subreptionem, vel obreptionem posse accidere tum in demonstratione rei, tum in taxatione, seu demonstrative, vel taxative; demonstrative dicitur, quatenus in eo nihil adjicitur ad gratiam restringendam; taxative vero, quando aliquid additur ad gratiam restringendam.

7. Notandum quod quando sunt variae rationes in supplicatione, Rescriptum posse concedi vel propter omnes illas rationes simul sumptas, vel propter unam determinate, vel disjunctive, vel alternative, pro una, et pro altera. His expositis

... Prop.

Prop. ... superc... ... n. 36.

Navarr... Rescrip... ... Panorm... sup p... ...

Resp. 1.° in Rescriptis concessis a Principe motu proprio non posse accidere subreptionem, vel obreptionem ex parte recipientis, sed solum ex parte rei concessæ; v. g. si Princeps

Resp. Sagra. super ... super Liberis de Resp. n. 36.

conferret motu proprio beneficium, quod putaret liberum, et esset patronatum, tunc subreptio esset ex parte beneficii. Subreptiones, vel obreptiones quæ fiunt in Rescriptis justitiæ, non reddunt nulla Rescripta: et ratio est, quia Rescripta justitiæ ~~non [illegible]~~ versantur solummodo circa modum componendi, non componunt litem, quod non impedit, ut judices delegati juste se gerant; Rescripta vero gratiæ ~~[illegible]~~ nulla sunt tum propter subreptionem, tum propter obreptionem, quia versantur immediate circa finem, scilicet circa gratiam obtinendam. Nota tamen quod partes adversæ possunt se opponere Rescriptis justitiæ, et sic illorum effectum impedire.

Resp. 2.do obreptionem semper vitiare rescriptum, quamvis consistat solummodo in rationibus impulsivis. Hæc est sententia Panormitani, Felini, et aliorum, quibus adhæret Navarrus et probatur efficaciter ex Cap. Quia circa de affin; Quod autem diximus de obreptione, non est dicendum de subreptione (si subreptio versatur solum circa conditiones quæ sunt de jure expressæ), quia, ut ait Panormitanus, detestabilius est falsum exprimere, quam verum tacere.

Navarr. in c. Non ... consil. consang. in n. 5.

Panorm. sup. cap. quia ... de consang.

Resp.

conditiones sunt multæ, quæ in materia beneficiali exprimendæ sunt de jure, vel secundum curiæ stilum. Si istas videre cupis, consule Moralem [illegible] ad usum seminarii Petrocorensis lib. 1. de legibus pag. 160.. Quod dictum est in materia beneficiali, est in aliis materiis dicendum.

Resp. 4 Subreptionem, vel Obreptionem posse evenire vel a fraude, et dolo, vel ab ignorantia, et simplicitate; si primo modo, rescriptum nullum est, quamvis consistat subreptio solum in rationibus impulsivis; si 2do modo, subreptio, vel obreptio, si consistentes in rationibus impulsivis non invalidant rescriptum, non vero sic dicendum si consistant in rationibus finalibus, vel secundum curiæ stylum exprimendæ. Notandum tamen, quod rescriptum obtentum per subreptionem aut obreptionem ortam ab ignorantia, vel simplicitate, quæ subreptio, vel obreptio, consistat in rationibus de jure exprimendis, non esse omni ex parte invalidum, sed solum illis in partibus, in quibus cognoscitur subreptio, vel obreptio: v. g. in rescripto justitiæ quæ sunt partes, nempe substantia rescripti, quæ est delegata jurisdictio; et forma procedendi, quam Pontifex delegato præfinit,

Si subreptio, vel obreptio orta ex simplicitate, vel ignorantia cadit in unam partem rescripti, puta in formam, non tollit substantiam: quod autem diximus de subreptione, vel obreptione per simplicitatem, vel ignorantiam factam, nullo modo, neque in rationibus finalibus, neque impulsivis ~~neque in rationibus~~ est dicendum de subreptione, vel obreptione, quae procedant a fraude, vel dolo.

Notandum est autem, quod si quis vult obtinere rescriptum per Bancharium, aut Sollicitatorem, debet advertere, posse etiam in Bancharis accidere subreptionem, vel obreptionem; talis vero subreptio, vel obreptio non nocet innocenti impetranti, uti noceret, si procederet ex se: nam subreptio, vel obreptio Bancharioru non reddit invalidum rescriptum, si reticentia veritatis, vel falsitatis expressio se habeant ex parte rationis, vel conditionis, etiam de jure exprimendae, sed solum impulsivae, non finalis; quod asserere non possumus sine contradictione de subreptione, vel obreptione Oratoris ex se facta. ita est sententia Felini sup. cap. super litteris de rescrip. Resp. ultimo. Quod quando rescriptum duo disjunctive, vel alternative comprehendit, ~~vel que beneficium unum vel sine uno~~ sufficit ad valorem illius, quod unum, aut alterum sit.

sit verum. Exemplum huius Regulæ dabit caput (si eo tempore) ubi quia Papa mandaverat alicui provideri de Beneficio sine cura, vel cum cura, rescriptum valuit pro Beneficio sine cura, licet Clericus esset minime aptus ad Beneficia cum cura ratione ætatis.

Tractatus 4tus
De Censuris.

Caput primum:
De Censuris in Communi.

Quæres 1. Quid sit censura? Resp. esse pœnam, qua quis baptizatus delinquens, et contumax privatur aliquibus spiritualibus bonis, donec recedat a contumacia.

Quæres 2. Quotuplex sit censura? Resp. triplicem, nempe ~~alia~~ Excommunicationem, Suspensionem, et Interdictum, quibus additur Irregularitas, Degradatio, Depositio, et Cessatio. quæ revera differunt a censuris, et non sunt stricte loquendo censuræ; nam censura datur ad corrigendam contumaciam, quod dici non possumus de irregularitate, et de aliis, quæ ut propie loquamur sunt impedimenta

cano-

Canonica, sed infra de his.

Resp 2. aliam esse Censuram a jure, aliam ab homine. A jure dicitur, quia in statutis, vel in jure invenitur; ab homine dicitur, quia procedit ab judicis sententia. Differunt inter se tales censuræ 1.º quia censuræ a jure omnes complectuntur, qui commiserint aliquod crimen in lege expressum, cui sit annexa censura; Censuræ vero ab homine non omnes sed quosdam particulares, vel quosdam etiam futuros: 2.do Censuras a jure omnes habentes ordinariam approbationem ad Confessiones tollere possunt, nisi in ipso jure constet reservatio; censuras vero ab homine non sic, sed præter ordinariam approbationem requiritur specialis delegatio; 3.º Censuræ a jure vim habent, etiam mortuo legislatore quod non est dicendum de censuris ab homine, qui per judicis mortem expirant.

Resp 3 aliam esse Censuram latæ sententiæ, aliam ferendæ: Latæ, dicitur, eo ipso quod, qui committit crimen, cui est annexa Censura, statim in eam incidit, in ferendæ vero sententiæ Censuris expectanda est judicis sententia. Censura

sura latæ sententiæ exprimere solent his verbis, ipso facto, vel ipso jure, vel latæ sententiæ; vel his adverbiis, statim, illico, ex nunc &c.: exprimitur etiam, si verbis presentis, vel preteriti temporis Canonis auctor utatur; Qui hoc fecerit, excommunicatur, suspenditur, vel sit suspensus, aut noverit se excommunicatum &c.: melior autem forma modo quo exprimitur, consistit his verbis, Incurrat, Incidat &c. habeatur pro excom.to &c.

Ferendæ vero sententiæ censura exprimitur talibus verbis; Præcipimus sub pœna excommunicationis &c. In dubio, utrum censura sit latæ, vel ferendæ sententiæ, explorando est ex Canonibus mens Legislatoris, quæ si non appareat, habenda est pro comminatoria, seu ferendæ sententiæ, nam in pœnis benigna est facienda interpretatio. Similiter comminatoria sententia censetur, quæ exprimitur his verbis suspensionem, vel excommunicationem noverit esse incursurum. C. in pœnis de Reg. Juris in 6.

Antequam ad quasdam quæstiones veniamus, notandum est 1°. Solos Prælatos, vel saeculares, aut Regulares sint, in externo foro jurisdictionem habentes, jure ordinario, ferre posse censuras in proprios tamen subditos contumaces, non in alienos, 2°

R. Censuras ferri posse in solos baptizatos homines, et doli capaces: unde nec in Judaeos, nec in alios infideles potest ferri censuras, quod non sentiendum est de Hereticis, Schismaticis, Apostatis, quia cum isti sint per Baptisma subditi Ecclesiae, hinc fit, ut Ecclesia ipsa valeat eos corripere.

Quaeres 3°. Utrum Episcopus in aliena Diocesi existens possit in suos subditos ferre censuras.

Resp. non posse; quia extra proprium territorium exercere non potest jurisdictionem contentiosam, quod tamen non est dicendum de gratiosa. Hanc autem potest ubicumque in suos subditos exercere, cum hoc non indigeat magno strepitu; immo putant etiam posse his aliquid imperare sub poena censurae ipso facto incurrendae; cum hoc tamen non indigeat strepitu judiciali.

Quaeres 4°. Utrum Episcopus in propria existens Diocesi ferre Censuras valeat in subditos extra propriam Diocesim degentes, et delinquentes. Resp., quidquid alii dicant, posse, si Censura sit lata per sententiam; non posse vero si per statutum: quia, cum Censura per statutum afficit solummodo territorium, hinc fit, ne liget extra territorium delinquentes; sed per sententiam hominis lata censura

afficit

personas immediatas, quae, sive extra, sive in territorio sint, semper secum ferunt subjectas censurae, quod ipsi sunt.

Quaeres 1. Utrum advenae, et Peregrini transeuntes per aliquam Dioecesim ibique breviter commorantes, ligentur censuris illius Dioecesis, si contra Dioecesana statuta se gerant.

Resp. cum Laymanno affirmative, si tamen transgressio versatur circa legem omnibus communem, puta legem aliquam naturae, vel gentium, uno verbo aliquid legem generalem; quod si trasgressio consistat solummodo in legibus peculiaribus, propriisque illius Dioecesis, negative respondendum. Haec opinio offendit aures illorum, qui, cum eis displiceat mediocritas, tendunt ad extrema; nam alii nulla adhibita distinctione definiunt non ligari censuris transgressores peregrinos in aliena Dioecesi; alii vero sine distinctione similiter asserunt ligari omnino et semper: Quod sit imprudentior opinio istorum, non est dicendum, cum rationibus non careat; quod autem sit prudentior, et securior ex his tribus opinionibus, fateor mihi primam securiorem videri; alii eligant, quam sibi velint, sed caveant ab erroribus.

Quaeres &c.

Quæres 8. Utrum in mortuos ferri possit censura.
Resp. affirmative, et hoc probatur ex S. Augst. ep. 50. ad Bonif, tum etiam ex Cod. si reus mortuus fuerit, tum ex C. a nobis de sent. excom. Verum anathema in mortuos pronunciatum est potius signum execrationis, quam censura; nam censura supponit subjectionem, et contumaciam; mortui vero nec amplius subditi, nec contumaces sunt: Hoc unum ergo intendit Ecclesia, ut in terrorem vivorum mortui declarentur decessisse in crimine hæresis, rebellionis, schismatis. Quando vero dicitur absolventur mortui, hoc præstat, ut fideles possint pro eis orare, et petere pro his suffragia Ecclesiæ, et Ecclesiasticam obtinere sepulturam..
Quæres 9. Ob quam caussam ferri possint Censuræ? Resp. ferri posse ~~per~~ ob quodcumque peccatum mortale, quod contumaciam contineat, ~~quodcumque~~ patratum modo sit non solum interno, verum etiam externo; nam Ecclesia non judicat de internis; ferri autem non possunt censuræ ob levia peccata, nec ob omnia mortalia, sicut supra vidimus, neq. in peccatis non consumata actione.

Queres 10 Quid excuset ab incurrenda censura ~ Respond.
excusare ignorantiam, nisi crassa, et supina fuerit.
Sic definitur in Cap. Ut animarum, de constitutio-
nibus in 6; et hoc se extendit tum ad ignorantiam
juris, tum facti juxta opinionem aliquorum gravissimam.
Et sane si verberat quis hominem ignorans cleri-
cum esse, non incurrit censuram; quod non est dicen-
dum de irregularitate. C. si vero. 2. de sententia
excomm. Alii etiam graves auctores addunt ignoran-
tiam concommitantem; ita ut ille, qui percutit homi-
nem, quem ignorat clericum esse, quamvis paratus fuis-
set ad eum percutiendum, si clericum esse scivisset,
non incurrit in censuram; sed haec opinio non bene
olet.

Resp. 2 Excusare ab incurrenda censura metum
gravem, vel cadentem in constantem virum secundum
opinionem aliquorum; sed his opponitur* Caput Sacris
ubi dicitur incurrere excommunicationem ille qui prae
metum communicat cum excommunicato, non
qui per vim; Quia, inquit Canon, pro nullo metu
culpam mortalem incurrere quis debet.

(* C. Sacris de his quae vi, metusque causa fiunt)

Queres 11.

(i. C. Dilec... et C. pro... ... de appe...)
(3. C. ad hae... et C. Pa... ...alis de...)
(3. C. ... de ... excom... in 6)
(4. C. Por... de ap...)

Queres 11. Quibus in casibus injusta, et invalida sit censura. Resp posse censuram injustam esse vel ex culpæ levitate, vel aliis ex causis, quæ tamen est valida, nisi per se, tamen per accidens, ut ex dictis patebit. Invalida vero potest esse censura ex triplici caussa. Primo si feratur a Superiore non habente potestatem, vel quasi habeat ligatam ipsemet jurisdictionem per aliquam censuram, quam incurrit, vel si succedit legittima appellatio ad Superiorem Judicem. Ubi duo sunt nobis notanda; 1º notandum est, appellationem, quæ præcedit sententiam ferendæ censuræ, eam omnino impedire, sic definiverunt[1] Alexander 3., et Celestinus 3. 2do Sin autem appellatio sequatur censuram jam latam, non impedit effectum, ut respondent[2] Lucius 3, et Innocentius 3. Deo[3] incurreret irregularitatem, si quis celebraret posthabita suspensione solum nixus appellationi, quæ sequuta est censuram jam latam. Quod autem hoc 2do notatum est, non licet asserere de[4] Appellatione, quæ sit ab Ordinario accepta, procedente a delegato Judice, quamvis appellatio sequatur latam censuram.

Secunda

1 C. Dilecti et C. præterea de appella.

2 C. ad hæc et C. Pastoralis de appel.

3 C. [illegible] de sent. excom. in 6.

4 C. Pastoral de appel.

Secunda invaliditatis caussa est defectus justæ causæ, ut notat S Leo Epist. 84. ad Episcop. Vienn

Si tamen aliquando accidit, ut Episcopus ferat alicui Censuram, quæ ratione levitatis causæ, vel etiam innocentiæ sit omnino invalida, nihilominus, ut bene se gerat censuratus innocens vel pæne reus, debet se continere ut censura ligatus, patienterque sustinere, donec veritas fugando tamquam sol nubes, falsitatem, appareat. ~~imo~~ Hæc Divi Th sententia secura est. In 4 dist 18. q 2. art. 4. q. 4

~~Hoc et autem qui clarissime ois~~

Tertio redditur invalida censura propter inobservantiam ordinis judiciarii. Ad quod notandum est, necessarium esse in ordine judiciario, ut aliquis recipiat per monitiones Episcopi, aut saltem unam pro tribus antequam censuræ subjaceat. at hoc docent leges * Civiles non secus ac Canonicæ. Et ratio est, quia censura non propria, nisi ad contumaciam spectat; qui est in culpa, vel gravi defectu sine admonitione non censetur contumax, Ergo ei talem censuram improprie pertinet. Quod tamen dicendum non est in ~~sent~~ canonis latæ sententiæ; nam in ipso statuto aliquid prohibente vel imperante sub pena censuræ latæ sententiæ continetur admonitio, qua de causa, qui agit contra tale statum, censendus est

*C. copluma ... de ... (margin)

Conc. ... Cap. ... Concil. Lugdun. can 12 Concil. ... can 29

ut contumax, et consequenter censura ligatus.

Quaeres 12: Quis a censuris absolvere possit.

Difficultates circa hanc quaestionem emergentes numeris sequentibus resolvuntur

Notandum 1°, Quod nemo, quamvis contritus, indicandus est absolutus a censuris nisi ab habente legitima auctoritate fuerit absolutus. Hoc aperte definit Innocentius *.

*Can. dissolutus de sent. excommun.

2° Nemo potest tollere censuras ab homine latas, nisi is, qui eas decrevit, vel illius superior, aut successor, vel aliquis ab ipso delegatus. Unde Religiosi gaudentes privilegiis Apostolicis, a censuris, quas ferunt Episcopi, absolvere non possunt. Sede vacante Capitulo est tam ferre quam tollere censuras.

3° Qui facultatem habet absolvendi a peccatis superiori reservatis, habet etiam a censuris, cum omnes casus Pontificii reservati annexam habeant censuram. Quod non est de reservatis Episcopis, qui dare possunt facultatem de casibus sibi reservatis, non vero de censuris. Censura autem quae nemini appareat reservata, a quovis et approbato confessario tolli potest.

4° Episcopi absolvere possunt ab omnibus censuris et irregularitatibus Pontifici reservatis, quae nonnunquam proveniunt ex occulto delicto, excepto homicidio voluntario, et excepto censurae eventu deducto ad forum contentiosum;

Quod si accusatus sufficienter se, falsis licet assevera-tionibus, expurgaverit, tunc potest ei Episcopus con-cedere absolutionem, quamvis delictum ejus fuerit ad forum contentiosum deductum. Sic ferunt declarasse Cardinalium Congregatio.

5. Episcopi possunt* absolvere a censuris etiam notoriis et Pontifici reservatis personas, quae Papam adire legitime impediuntur.* Quod si impedimentum sit tem-porale, non perpetuum, emittere debent juramentum tales personae, se ituras cessante impedimento, ad Pon-tificem. Recurrere tamen debent Confessarii* numquam concedendam absolutionem his ~~qui~~ (in casibus, qui instante necessitate sunt communes) his ipsis ~~illis~~, qui recusant satis-facere parti laesae, vel veniam praebere, quod si hoc propter circumstantias obtinere non potest, debet tamen se in tuto ponere, ~~jura~~ juramentum exigens a poeniten-te, juramentum nempe vel condonationis, vel satis-factionis, cum hoc vires illi subministrabunt.

* c. Quamvis de sent. excomm.

* ex can. Ea noscitur de sent. excomm.

* ex cap. Porro et cap. Parochianos de sent. excomm.

Quaestio non levis est inter Doctores, an Episcopi possint absolvere ~~illos~~ a censuris Papae reservatis illos, qui facile habent recursum ad Delegatos, vel ad gaudentes Regulares Apostolicis Privilegiis. Multi hoc sustinent, nempe posse Epi-scopos; sed tamen plerique tutius oppositum et tamen judi-cant.

6. Quamvis

4

6.° Quamvis Episcopi absolvere possint mulieres supra dic-
tas, nempe eas ~~personas~~, quæ ligatæ censuris Pontifici reser-
vatis impediuntur adire Pontificem, quod etiam et
eo magis est asserendum de monialibus: tamen, cum agi-
tur de violatione clausuræ ex parte monialium, nulla
est Episcopis potestas absolvendi, sed ad Pontificem mit-
tendum est, ut absolutio aliquo modo obtineatur, hoc
colligitur ex constitutione* S. Pii V. Et hoc etiam aliqui
asserunt de mulieribus septa monialium, vel virorum mo-
nasteria ingredientibus ex constitutione* Gregorii XIII, non
secus ac de Abbatissis, Abbatibus etc. quas mulieres introducentibus
vel ingredi permittentibus. Sed* Barbosa, multique alii Doctores
asserunt, constitutionem Gregorii intelligere illas mulieres,
quæ sub prætextu privilegii ingrediuntur Monasteria. Illi
ergo, qui ingrediuntur Monialium Monasteria sine licen-
tia sive mulieres, quæ ibi excommunicationem incurrunt
ex* Concil. Trident., quæ censura non Pontifici reservata
non apparet, ab Episcopo tolli potest.

* Tom. II. Bullarii p. 144

* Eod. Tomo n. 343

* de potest. Episc. p. 3. alleg. 102 n. 37. Digna sunt quæ nuper de eadem promulgavit n. 121.

* Concil. Trid. sess. 25 de Regul. c. 5

7. Omnes tollerati ~~Confessarii~~ sacerdotes in articulo mortis absolvere
possunt a censuris ~~reservatis~~ omnibus quod non est ~~...~~ dubium
de Clericis, aut eo minus de laicis; quamvis tamen
multi contendunt, talem esse apud Clericos facultatem in
illo articulo. at hæc opinio non tam est improbabilis, ut om-

* S. Cypr. Epist. 12 et 13 nino communicativa sit, cum praecipue probet S. Cyprianus* concessam fuisse Diaconis olim hanc potestatem

8. Qui Confessario habenti circa casus reservatos et censuras facultatem confitetur, et si obliviscitur aliquod peccatum, cui annexa est reservata censura, remanet tamen absolutus dummodo generalis sit forma absolutionis, qualis ista Absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis [illegible] sub reservatione [illegible] est. [illegible] postea a quocumque approbato Confessario absolvi poterit, cum reservatio sublata sit. Communis sententia haec est.

9 Archiepiscopus Suffraganeorum subditos Episcoporum suorum ligatos possunt absolvere* in casu Appellationis, seu Visitationis provinciae. [illegible] etiam [illegible] malitiose negat esse absolutiones subditi [illegible] posse Archiepiscopum.

* Ex cap. Venerabilibus 7 de sent. excomm. in 6.

10. Duae sunt absolutionis species; una [illegible] absolutio est absoluta, quae omne censurarum vinculum tollunt; alia est restricta quae rursus subdividitur in absolutionem ad ~~[illegible]~~ effectum et absolutionem ad cautelam: Absolutio ad effectum est ea, quae datur duntaxat ad istum finem ut impetrans gratiae concessione fruatur, remanente quoad alia censurarum vinculo: Ad cautelam dicitur, cum Superior admittit appellationem alicujus pa-

in

de inferiorum sententia, ut prosequi possit appellationem inceptam, cum excomunicatus vocem non habeat appellandi in Cap. per tuas litteras. de sent. Excomm.

11. Quamvis absolutio censurarum exprimenda sit aliquo signo externo nullam tamen exigit necessariam formam verborum, cum etiam extra confessionem possit conferri. Ritus solemnis absolvendi ab excommunicatione praescribitur in Rituali.

Cap. II.

De Excomunicatione.

Quaeres 1. Quid sit excomunicatio? Resp. esse censuram qua quis privatur bonis Ecclesiae communibus; ut sunt sacramenta, suffragia, Orationes, Officia publica, Beneficia seu curvalitas... Ecclesiastica, et alia hiuscemodi. Excommunicatio alia est major, alia minor. Primo pauca de Minore

Minor excomunicatio ~~contrahit~~ incurritur ex communicatione cum denuntiato, et vitando excomunicato, quae communicatio fit ... in Oratione, osculo, mensa, et similibus quod si fit in crimine scienter, nempe impendendo auxilium favorem excomunicato, cum eo majorem incurrit. Hoc ita decrat

C. Nuper de senten. excom. Innocentius III. Haec autem minor excomunicatio privat solummodo passive ~~ta~~ sacramentorum administratione, non active, quod licitum est ei Electione stat ut potest eligere, non eligi, excepti ... sed notandum est, quod quamvis possit excomunicatus minor administrare, non recipere Sacramenta, intelligitur hoc, nempe quod non impediat effectum

Sacra-

Sacramenti, peccat aut quo ~~etiam~~ peccato, non exprimitur in C. si celebrat. de clerico excommunicato ministrante.
~~Si~~ ~~etiam~~ autem talis excommunicatus scienter electus fuerit, eius electio est irritanda, [~~non quod sit per se invalida~~] ~~sed~~ pro eo quod, in susceptione eorum eligitur, a quorum perceptione a SS. Patribus est Privatus: haec sunt verba nunc citati Capitis, quo etiam legitur, irregularitatem non incurrere celebrantem minori ligatum excommunicatione.
Major excommunicatio privat omnibus bonis Ecclesiae communibus, immo tum administratione, tum receptione Sacramentorum 2do Pri orationibus vel publicis suffragiis, non vero privatorum fidelium precibus. 3o Auditione Missae, Officiorum; quamvis autem excommunicatus ~~Potius~~ sit constitutus in ordinibus sacris, tenetur recitare Officium, omittendo Dominus vobiscum, quod communicationem quandam cum Ecclesia importat. 4.o Tum activa, tum passiva electione. 5.o Sepultura ecclesiastica. Praeterea Excommunicatus privatur ab omni ~~ea~~ communicatione fori; ita ut, malo, immo communiter Canonistae asserant, invalidam esse sententiam judicis excommunicati, non secus ac instrumentum ~~Tabe~~ Tabellionis excommunicati. Tandem privatur omni civili ac humana societate; Omnia autem genera societatis humanae comprehenduntur hoc versu

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Os, allocutionē, vel confabulationem significat, sive per verba, ~~liter~~ per litteras, seu nutus, vel per nuntios, ac similia, importat etiam omne signum amicitiæ, ut oscula &c.

Orare, effundere preces cum excommunicato significat, atq. officium omne aliud Religionis comprehendit.

Vale, comprehendit omne signum reverentiæ, honoris, salutationis, sive verbis, sive gestis exprimatur.

Communio, importat omne commercium sive in habitatione in colloquio, in negotio, aliisq. exercitiis.

Mensa significat cum excommunicato simul eadem mensa manducare. Notandum tamen est, non in omnibus his graviter peccare ~~qui contra~~ transgressorem, sed solum in participatione Sacramentorum vel Divinorum Officiorū; in aliis etiam, si assiduitas pareret scandalum.

Quæres 2º An et quæ rationes excusent communicationem cum excommunicatis? Resp. causas excusantes comprehendi hoc versu, Utile, lex, humilis, res ignorata, necesse.

Utile importat spiritualem utilitatem tum excommunicati, tum eius, qui cum eo communicat. Hinc fit, posse excommunicatum ingredi Ecclesiam ad concionem audiendam, qua finita expellendus est ab Ecclesia ipsa.

Lex importat debitum alicuius legis, ut Matrimonii; sic etiam creditor potest, vel debitor adire excommunicatum, ut illi debitum solvat, vel ab illo recipiat.

Res ignorata, cum excommunicato communicationē excusat, quando

quando ejus excommunicationem ignorat.

Necesse, Spiritualem, vel Temporalem excommunicati, vel ejus, qui cum eo communicat, necessitatem significat: sic Medicum excommunicatum poterit infirmus vocare, si aliunde sibi succurrere non possit, et alia hujusmodi.

Quaer. 3º Quae conditio requiratur, ut excomunicatus vitandus sit. Resp. Magnam esse in hoc difficultatem, propter varia Decreta Constantiensis, atque Basileensis Concilii. Nam * Basileense sanxivit, eos esse vitandos, qui sunt denuntiati, ~~[illegible]~~ et qui notorie incurrerunt in excommunicationem. * Sanctus Antoninus refert Decretum Concilii Constantiensis, quod ordinat vitandos tantum esse denunciatos excommunicatos; sed quantum ad excommunicationem, quam quis notorie incurrit, solos Clericorum percussores excipit. Huic Decreto communiter omnes adhaerent. Notandum est, quod, quamvis hoc Decretum in [illegible] Fidelium, ne eorum conscientiis [illegible] astringantur anxietatibus, non favet tamen excommunicatis, unde ex sua parte, quamvis non sint denuntiati, a Communione Fidelium abstinere tenentur.

Quaeres 4º Ad quos se extendant illa verba Decreti Salvo, si quis violentas manus in Clericos injecerit. Resp. comprehendere illos omnes, qui gaudent Clericali Privilegio, etiamsi sacrum Ordinem non susceperint, modo sola Tonsura initiatos. * Amittitur autem Privilegium Clericale aggravatione vel professione alicujus artis indecentis puta histrionis, lanionis &c.

* Conc. Bas. [illegible]

* S. Anto. p. historiae [illegible]

* Clem. [illegible]

si Clerici admoniti nolunt desistere a mala processione.
*sic etiam non gaudent Privilegio Clericali, qui demissa
* Clem. Si Dom. Tonsura, omnino incedunt, ut Laici. Addit *Larmannus,
cum, quamvis sit constitutus in sacris, amittere suum Privi-
legium, si deposita veste Clericali non secus ac Tonsura,
* Laymann. Deferat arma militaria, seseque aliis negotiis saecularibus
De Excom. c. 5 n. 4 immisceat, et si ter admonitus recusat obtemperare Epis-
copo. Laymannus suam sententiam confirmat auctoritate
Clementis III., et Innocentii III.

* Concil. Later. sub Inn. II. c. 11 Resp. *comprehendere etiam omnes Religiosos, et Monachos. Nom-
ine autem Monachi intelliguntur omnes Religiosi utriusque
sexus, nec Professi solum, sed etiam Conversi (ex Cap. Non du-
bium) et Novitii (ex Cap. Religioso de sent. excom. in 6.)
et Moniales (ex Cap. De Monialibus de sent. excomm.)
Quod autem spectat ad Tertiarios S. Francisci, et S. Dom-
inici; si isti, emissis votis, collegialiter vivant, gaudent De-
creto Si quis suadente Diabolo, secus si propriis domibus
habitant, reputandi sunt ut laici Saeculares. Sic etiam
gaudent eodem Decreto Eremitae, si membra sunt alicujus
Ordinis Religiosi, qui induere habitum Religiosum, et emise-
runt vota; secus, non est hoc asserendum.

Quaeres 5. Quae rationes ab incurrenda excommunicatione eximant
Clericorum, seu Monachorum percussores. Resp. his excu-
sationibus adiuvari. P.o Ignorantia, ita ut Clericum percu-
tiat

..um Laicum putabat. Cap. si vero. de sent. Excomm.

2º Actionis Imperfectio, ut si nempe ad mortalem culpam percussio non attingat, quod potest procedere ex indeliberatione, aliisq. personarum circumstantiis. Unde pueri Clerici intra se rixantes si se invicem percutiant, ita ut etiam e naribus, vel e capite in parva copia sanguinem emittant, non eximuntur ab incurrenda censura hac, dummodo tamen hoc non proveniat ex odio. Cap. super eo. de senten. excom.

3º Excusantur, qui ob defensionem vitæ, bonorum, honestatis famæ, tam sui, quam aliorum, Clericum aggressorum percutiunt, vel retinent, dummodo enormiter in modo defensionis non excedant, et defensio in continenti subsequatur aggressionem. Cap. si vero 1. de sentent. excom; nam ut ibi dicitur, vim vi repellere omnes, iura clamant.

4º Eximuntur, qui in Clericum cum uxore, matre, sorore, „ vel filia propria turpiter inventum, manus iniecerit vio„ lentas. Cæterum si in stupro, vel adulterio quod committit „ cum ea, vice ipsum ita proxima consanguinitatis linea „ non contingit, ceperit, aut violentas manus iniecerit non „ erit a sententia illius excommunicationis immunis. Verba sunt citati Canonis. Ubi autem dicitur in Canone Turpiter inventum, intelligitur omnis actus illicitus, quem committit Clericum cum predictis feminis. imo si

inveniatur

solus cum sola si antea admonitus fuerit, et illi vetita venit talis conversatio. Notandum est, quod si non in continenti, sed intervallo temporis quis talem clericum revertiat, vel si sistat in occulto loco, ut possit eum deprehendere, non eximitur ab incurrenda censura.

5º Excusantur Prelati, vel Magistri, qui percutiunt etiam constitutos in sacris Ordinibus clericum, ut patet ex cap. super eo, et ex cap. ex tenore de sent. excom., si tamen percussio non sit levis, non eximuntur. Ex cap. cum voluntate § si qui vero de sent. excomm. Ex quo deducitur, vix tollerabilem esse talem percussionem Clericorum in sacris Ordinibus constitutorum, ut ibi ait Glossa.

6º Dubium est, an patres possint verberare Clericum filium in sacris constitutum. Multi affirmative sustinent, et non sine ulla ratione; sed tamen tutior est opposita sententia, qua tollitur

* S. Ant. 3 p. tit. 24. c. 2. § a. Parentibus talis potestas, ut ait * S. Antoninus.

Queres 6. Quis absolvet ab excommunicatione. Ut solvatur questio, numero sequentia ponuntur. 1º Alia est percussio levis, alia gravis, et alia enormis: que omnia non ex sola percussione sed ex aliis circumstantiis, ut temporis, loci, persone, indicanda sunt. 2º Ad incurrendam excomunicationem requiritur violenta manuum injectio immediate, id est in Personam, mediate, id est in vestem, in habenas, si equitat, vel eum violenter detinendo in aliquo domo. Neque enim sufficiunt verba injuriosa, alioquin verba quibus mandantes consulentes itur sufficiunt ad excommunicationem incurrendam, qui etiam

excomm.

quibus etiam adjunguntur ~~et~~ auxiliantes: ex Cap. Mulieres §. illi vero de sent. excom. Imo et hi, qui ratificant Clerici percussionem suo nomine factam: ex cap. cum quis. de sent. excom. in 6. Similiter, qui non impediunt percussionem, si impedire possunt. Cap. Quante [illegible] dit sed hoc de his intelligitur, qui ex officio impedire debent, ut ex Glossa.

3°. Excommunicationis absolutio spectat ad Episcopos si sit levis percussio, ut habet ex Cap. Peruenit de sent. excommunic. Levem percussionem asserunt Doctores illam esse, in qua nulla est macula, carnis laceratio, membrorum mutilatio dentium evulsio multorum extractio capillorum, magna sanguinis effusio, et tandem quae non est aggravata ex circumstantiis.

4o. Aliquando etiam gravis percussio reservatur Episcopo; ut quando Ostiarius percutit graviter Clericum ipsum impedientem sub praetextu sui Officii; secus autem si [illegible] secularis percutit ~~[illegible]~~ Clericum. ex Cap. Si vero de sent. Excom. Similiter, si Clerici in societate viventes se mutuo percutiant Episcopalis est casus dummodo non sit enormis percussio ex Cap. Quoniam de vita, et hon. Cler. ut honori et Clericorum tranquillitati consulatur. Servo Religiosi intra se rixantes, seseque mutuo percutientes a suis Superioribus absolvi possunt; ne illis evagandi locus detur,

nisi

* Concil... Lateran... Conci... Can. 15

* L. ... validar... §. atro... istitu... injuriis... Ostiensis... sum. ... sant. E... §. sed ex... mem. ... Panorm... sup C... illorum... sant. E...

nisi tamen percussio sit enormis, ut patet ex Cap. Monasti, et Cap. cum illorum de sententia excom. Si autem Regulans Clericum percutiat talis ab Episcopo Clerici absolvendus est si levis sit percussio, sin gravis Papæ reservatur ap. de Religioso se ... excom in 6.

5. *In aliis omnibus casibus non solum si percussio sit enormis sed si solum gravis, Episcopi non habent absolvendi potestatem. Si tamen percussio non sit notoria, nec enormis, quamvis gravis, ab Episcopo absolvi potest; ut patet ex Conci. Tridenti; quod et pro aliis casibus Papalibus observandum est, excepto tamen ut alibi notavimus, homicidio voluntario,

* Concil. lateran. Conci. 2 Can 15

6. Ut discerni possit gravis percussio, præter ea quæ ponuntur in* Lege, ponderanda sunt quæ nobis proponunt Ostiensis, et Panormitanus. Asserunt itaque, gravem percussionem cognosci ex ratione vulneris, in quo sit membri mutillatio, vel magna effusio sanguinis: ex Dignitate, puta cum percussio cadat super Magistratum, Prælatum Abbatem, Pastorem, parentes &c: tandem cognoscitur gravis percussio ex loco, puta si in ecclesia, in Cæmeterio, in publica platea &c. Sin autem dubitatur de gravitate percussionis, ad Episcopi judicium recurrendum est, ut monet Panormitanus.

* L. Consulitur. ff. atrox. ... De injuriis. Ostiensis in sum. De sent. Excom. § ... Panormita. sup. C. cum illorum De sent. excom

Quæres 7° Quæ observanda sunt in Excommunicationibus quæ ad finem revelationis publicantur, quæque monitoriæ vocantur. Respond. 1° Requiritur, ut moveantur Episcopi

excom...

ri ad publicandas tales excomunicationes a causa diligen=
ter, et magna maturitate examinata, ut dixit* Concil. Trid.
nequaquam sistere debent auctoritati Magistratuum, sed pra[illegible]
quando ipsi pro re, vel persona, aut tempore [illegible] averint;
ut notat idem Concilium. Secundum Romanae Curiae sty=
lum, non ~~sed~~ conceduntur monitoria, nisi valor rerum
subtractarum saltem ~~[illegible]~~ summam quinquaginta aureorum
attingat sic Barbosa de pot. Ep. p. 3. [illegible] 96 n. 3.

* Concil. Trid. sess. 25. de ref. c. 3.

2º. Dantur Monitoria, cum deficit alia probationis via:
itaque, cuius interest, non aliis concedi debent et sanc=
civit S. Pius V et hoc parte instante, et implorante
officium Judicis.

3 Cum certe sunt personae non sunt concedenda moni=
toria; quia ordinario modo agi potest. Hec in Moni=
toriis facienda est mentio de aliqua particulari perso=
na, ut sic consulatur eius famae.

4. Non sunt Monitoria concedenda nisi in causis cri=
minalibus, aliqui putant. Sed haec opinio tamquam
erronea reijcienda est, quamvis perstiterit usque ad tem=
pora Ostiensis ~~[illegible]~~ Ordinaria consuetudo plurium Ecclesia=
rum. Erroneam ~~[illegible]~~ nominavit* Ostiensis, sicque eam vel
ego aliud [illegible] Sententia Ostiensis ante iam
tenuerat Innocent IV de [illegible] c. [illegible] et [illegible]
adhaerent Panormitanus de [illegible] C. [illegible], [illegible]
rus in C. inter verba [illegible] concl. 6. Corol. 66 nu. 3 [illegible].
Tandem, quod magis est huic sententiae standum, sancivit* Concil. Trid.

Ostiensis in sum. de [illegible] § in quibus casis

* Concil. Trid. sess. 25 de ref. c. 3.

Quia

Observand. 3: In sequentibus casibus nullam esse revelationis obligationem. 1º Qui rem sublatam detinet, se ipsum revelare non tenetur, ne se ipsum infamare cogatur, quamvis omnibus modis adstringatur, ut quam primum potest, parti læsæ satisfaciat. 2º Non tenetur, qui scit, injustum detentorem satisfecisse, vel paratum satisfactioni esse. 3. Non tenetur qui secreto ab ipso detentore rem audivit solum. 4 Non tenetur, qui ab incerta, et ignota persona audivit.

... revelare non tenentur, qui de jure ad testificandum compelli non possunt, ut pater filium, uxor maritum, et sic vicissim intra consanguineos, vel affines usque ad quartum gradum, ut quidam Doctores putant. Alii etiam hoc extendunt ad illos, qui speciali sunt conjuncti amicitia.

6.º Non tenentur illi, quibus credita res est sub naturali secreto: ut Medici, Advocati aliique, quorum opera rerum alienarum indigent detentores. In criminibus tamen hæresis, læsæ Majestatis, aliisque spectantibus bonum commune Reipublicæ, sed in Matrimonii impedimentis nemo silere potest, quia tunc non contra reum, seu pro reo agitur, ut a sacrilegio arceatur.

7.º Non tenentur revelare illi, quibus revelatio damnum grave pareret; ut subditi, vel famuli Dominos, quorum vindictam timent.

8.º Revelandi non sunt, nisi quos pars, vel judex gravare intendit. Excommunicatio ista siquidem ab eorum voluntate vim

vim habent. Non præsumitur ergo Pater velle, ut quis filium ejus, aut uxorem revelet, &c.

4.° Non tenentur revelare ii, qui tempore publicationis Monitorii degebat extra territorium Episcopi excommunicantis, secus si nondum elapso tempore in Monitorio concesso discedat a territorio, quamvis sit ei animus in aliena diœcesi perpetuo vivendi; jam enim obligationem contraxit.

Verum in hujusmodi exceptionibus magna requiritur prudentia, ut facile dicere possumus* ex Barbosa.

*Barbos depot Ep p 3 Alleg 96. n 3.

Observandum est ultimo, excomunicationem incurrere, qui tempore ipso non revelavit; nec pro hoc eximitur ab obligatione revelandi.

De aliis Excomunicationibus non agimus, quippe quæ tolluntur ab Episcopis. Quatuor tamen excipiendæ sunt, quæ si publicæ, et notoriæ sint Papæ reservantur. Prima est gravis, et enormis clerici et Monachi percussio. 2da Simonia realis et confidentia. 3. Incendium malitiose positum, et denuntiatum. 4. Rapina rerum Ecclesiarum cum effractione, cum fuerit denuntiatus clericus.

Et hæc dicta sint satis de excomunicatione.

Cap. 3. De Suspensione.

Quæres 1° Quid sit suspensio. Resp esse censuram, qua persona ecclesiastica privatur usu potestatis, quæ ad illum spectat ratione Officii, vel Beneficii: hinc fit, triplicem esse

suspen-

suspensionem, una ab Officio, alia a Beneficio, tertia ab utroque. Deinde Suspensio alia est totalis alia partialis, totalis se extendit tam ad Officium sive Ordinem, quam ad Beneficium; partialis spectat solum aliquando Officium, non Beneficium, vel vice versa, vel respicit solummodo aliquam partem Ordinis non omnes, v. g. potest respicere Sacerdotium, non Diaconatum et sic quamvis non possit Sacrum peragere suspensus partialiter a Sacerdotio, illum tamen de[bet] et in Missa solemni canere, vel legere Evangelium, vel Epistolam, et sic ~~dat~~ de aliis. Hic tandem ponendae sunt duae Regulae ad animarum tranquillitatem. Prima, quando suspensio est sine ulla determinatione denuntiata, tunc complectitur tum Officium, tum Beneficium, seu est totalis: 2da si in suspensione est aliqua determinatio, ab o[ffici]um suspendit, quod in sententia, vel [in] determinatione exprimitur; nec suspensus ab Ordine superiori, ab inferiori etiam intelligitur; nec ab inferiori suspensus, a superiori intelligendus est; quia poenae non sunt extendendae ultra verborum significationem.

Quaeres 2. Quomodo Suspensio differat ab aliis Censuris? Respondetur ab Excommunicatione, primo, quia Excommunicatio spectat ~~[illegible]~~ potest tam ad Laicos, quam ad Clericos. 2do Excommunicatio ampliorem habet poenam, quam Suspensio, ut patet ex dictis. 3o Suspensio privat Officio, et Beneficio, quatenus sunt usus Ecclesiasticae potestatis; Ex[communicatio] vero privat, quatenus habent rationem communicationis cum fidelibus.

ab Interdicto

Ly interdicto differt suspensio, quia Interdictum privat usu passivo Sacramentorum, Sepultura Ecclesiastica, et assistentia in Divinis officiis; Praeterea Interdictum aliquando rebus sacris privat, ut sacrae sunt, non prout habent rationem potestatis Ecclesiasticae, quod asserere de suspensione non possumus.

Quaeres 3.° num a Beneficio suspensus possit Beneficii fructus percipere? Resp. Privari absolute illorum fructibus qui necessarii non sunt ad vitam; de quibus etiam privatur, si per eum stat, quominus absolvatur; sic asserunt Doctores cum Glossa super Cap. Pastoralis. § carum de appellat. Hoc constat, quod aliqui in opposito sentiunt Habentque eam rationem, ne Clericus egeat, et in Cleri opprobrium emendicare cogatur, ut ait praedicta Glossa. Tunc enim non cogitur emendicare cum illi sit liberum contumaciam deponere ut absolutus a censura suum ius recuperet. Suspensus tamen a Beneficio non privatur iure interessendi, et eligendi, quod ipsi competit ratione Beneficii, praesertim est hoc advertendum, si suspensio sit a Canone, quia Canonum suspensiones mitiores sunt illis, quae a Iudicibus feruntur: ratio hujus sententiae quia concurrere, et eligere ad beneficia non spectat ad fructus Beneficii, quibus suspensus privatur.

Quaeres 4.° Quae sunt suspensiones in particulari. Respondeo

essa eas

eas esse, quæ numeris sequentib. continentur.

Prima est contra eos qui sine licentia necess., ab alieno Episcopo Ordines Majores recipiunt, exceptis casibus in quibus de jure licet, v.g.* cum proprius Episcopus sit suspensus, ejusque suspensio sit manifesta; quæ alienos ordinavit sine licentia proprii. Hæc* autem prima suspensio statim incurritur, et ad solos Ordines majores coarctatur, quamvis peccent* qui Minores suscipiunt, nec iis uti debeant sine licentia proprii Episcopi.

Alia est contra eos, qui Ordines sacros extra tempora ab Ecclesia constituta suscipiunt. Et contra eos, qui ante legitimam ætatem Ordines sacros suscipiunt. Hæ autem duæ limitantur ad sacros ordines ex eadem Bulla Pii II. Unum hic notandum; quod suspensio, quæ incurritur ob ætatis defectum, non tollitur adveniente ætate, sed absolutio requiritur. ex vi constitutione Pii II, prædicta: hæ vero suspensiones tolluntur ab Episcopo.

4.° Qui eodem die duos sacros Ordines suscipiunt vel duobus continuis diebus ab executione ordinis suspenditur, quæ suspensio reservatur Pontifici, sic sancivit* Innocentius III. Idem dicendum de illis, qui cum minoribus Ordinibus Subdiaconatum accipiunt, ut declaravit* Celestinus III. Quod non est dicendum si aliquibus in locis vigeat talis consuetudo, ut declaravit S. Cong. Cardinal. sup. cap. 13. sess. 23 Concil. Trid. ubi notat* Fagnanus, conferendos esse, ~~[illegible]~~ in tali casu in die veneris vespere, non mane Minores Ordines; mane autem sabbati Subdiaconatum: monet tamen qui gratuitus tollere hunc morem, ita ut tamen ut possant Episc. ex urgen. ca.

* Concil. Aug. a Can. 22.

* ex Bulla Pii II cum ex sacrorum.

* cum ex Bul. Rom. Pontificum

* Canone Litteras

* C. a Deo qui furtive Ordin. sum. pit

* Fagnan. in cap. a Deo. de temp. ord. n. 41

* Con Trid. sess. 7. De reforma. c. 10.

* Concil Trid decrevit suspensos, qui infra annum a die vacationis Sedis Episcopalis cum Capituli dimissoriis Sacrum Ordinem suscipiunt, qua suspensione manent ligati, donec placuerit novo Episcopo, excepto tamen casu recepti, vel recipiend Beneficii, quo potest Capitul concedere Testimoniales: qui vero Minores Ordines sic suscipiunt privantur Privilegio Clericali, et Capitulum infra annum vacationis interdicto subjicitur.

5° per saltum suscipiunt Ordines, suspenduntur, ut patet ex Cap. Unq de Clerico per saltum Ordinato; quae suspensio ad Episcopos spectat; non si sic in male suscepto ordine ministraverit. Con Trid. sess 23. c. 14.

7. Qui ab excommunicato, suspenso, vel interdicto Episcopo Ordines suscipit non secus ac qui ab Episcopo simoniaco, suspenditur; Cap. si quis, [illegible] 1. q. 1. Quod tamen dicitur, si talis Episcopus sit publice vitandus, vel declaratus pro excommunicato &c, vel simoniaco.

8° Qui Ordines simoniace suscepit, suspenditur, quae suspensio Sedi Apostolicae est reservata, Cap si quis de simonia; si tamen sit occulta simonia, ab Episcopo tolli potest, ut Sac Congregationem declarasse refert Fagnanus.

9. Addunt aliqui suspensionem contra Clericos Sodomitas quae tamen non apparet expressa in Sac. Cano. sed illud de crimen nefand gravissimis poenis dignum est, ut

* Concil Late. sub Alex. III. Can. 4.

decrevit* Alexander IIIj imo degradandos esse tales, et curiae saeculari tradendos statuit* Pius Vj summodo reprehensi

* Pius V in bullo cum primum.

5

hensi, convicti, et damnati fuerint.

10 Suspenduntur etiam, qui scienter excommunicati, Ordinem aliquem suscipiunt, ut Doctores colligunt ex Cap. Cum illorum De sent. excom. Sed certe iidem Canones verba potius Depositionem, quam Suspensionem ferunt, Quidquid sit, certum, quod si casus publicus sit, summo Pontifici reservatur.

11. Qui furtive Ordines accipit, suspenditur. Cap. 1. De eo qui furtive Ordinem suscepit. Ut tamen suspensionem incurrat, necesse est, ut ab Archidiacono, aut alio audiat, ne quis sub anathematis interminatione nisi vocatus et approbatus accedat. Hæc suspensio tollitur ab Episcopis.

12. Suspenduntur sacerdotes illi seculares, vel regulares qui in Matrimonium conjungunt alienæ Parochiæ subditos sine proprii Parochi licentia

3. Suspensio spectat ad eos, qui sine vero titulo ordinantur.

14 Qui propriam Ecclesiam alienis debitis gravat, vel litteras seu sigilla alicui concedit, quibus obligari posset Ecclesiam remanet suspensus totali suspensione. Cap. Si quorundam de solutionibus. Hæc suspensio Episcopis solvenda relinquitur.

15. Qui missi ab Episcopo ad visitandas Ecclesias ultra legitimum visitationis jus, vel munera exigentes, ~~suspen~~ vel pro officio visitationis non impenso aliquid summentes, suspenduntur, quæ suspensio tamdiu tam in Officio, tam in Beneficio durat, quousque de duplo satisfecerint Ecclesiis gravatis, sine ulla remissione. Sic in Concilio Lugd. Gregor. X.

16. Addunt, remanere ipso facto suspensos publicos concubinarios, vel alibi criminosos, hacque in sententia sunt *Navarrus, aliique Doctores. Rayneuus tamen, aliique graves Canonistae asserunt, sed Episcopi debere eos admonere, ac postea si contumaces suspendere, quae sententia communior videtur.

*Navarr. in Man. c. 25. n. 73. et c. 27. n. 245.

Sunt etiam aliae suspensiones, quae proprie censurae non sunt, cum habeant determinatum tempus; verae enim Censurae nullum determinatum tempus, cum deposita contumacia, tolli debet.

Cap. 4. De Interdicto.

Quaer. quid sit interdictum? Resp. esse Censuram, qua quis privatur Officiorum auditione, et celebratione, administratione Sacramentorum non necessariorum, et sepultura Ecclesiastica. Sacramenta quibus non privantur fideles tempore interdicti, sunt Baptismus parvulorum, Confirmatio, et poenitentia morientium, cui adjungunt Viaticum quod constat ex Cap. Quod in te. de poenit. et ~~[illegible]~~ remiss., et ex Cap. Non est vobis de sponsal. Quod si tales morientes, et ipsi pro crimine interdicti sint, prius satisfacere vel de faciendo satisfactione cautionem vel juramentum praestare debent.

Interdictum vero est locale vel personale, vel mixtum. Locale afficit loca, extra quae non valet interdictum,

personale

personale spectat ad personas, quæ ubique ligatæ manent: mixtum jam nunc per se patet.

Interdictum etiam vel est particulare, quatenus nempe afficit aliquam personam, sacellum &c. vel generale, quatenus amplectitur aliquam provinciam, civitatem, multas personas &c. Satis de interdicto, cum opus non erat immorare in hoc.

Cap. 8: De Irregularitate, aliisque pœnis Ecclesiasticis.

Quæres 1. Quid est Irregularitas, et quotuplex? Respondeo esse canonicum impedimentum tum ad susceptionem Ordinum, tum ad usum susceptorum. Hoc autem specialiter spectat ad Irregularitatem, nempe quod semper proveniat a solo jure, numquam ab hominis sententia.

Irregularitas alia est ex delicto, atque alia ex defectu; tum etiam alia est totalis, alia partialis; totalis est, quæ perpetuo a quolibet Ordine excludit; partialis vero vel est ad tempus, vel excludit aliquem ordinem. Sit exemplum. Sacerdos, cui pollex amputatus est, quoad solam missæ celebrationem irregularis est; sic etiam, qui ob ætatis defectum superiora non potest ordines, irregularis censetur ad tempus, id est, donec ætatem convenientem adveniat.

Quæres 2. Quænam sunt irregularitates, quæ proveniunt ex

delicto

rendo? Respond. quinque esse delictorum genera ob quæ incurritur Irregularitas, scil: iterationem Baptismi, violationem Censuræ, Hæresim, indebitum exercitium sacrorum Ordinum, et homicidium vel mutilationem. Iis adjunt Irregularitatem, quæ incurritur ob infamiam sive facti, sive juris: Juris infamia est, quæ per Canones inducitur; facti Infamia est ea, quæ oritur ex peccato adeo publico, ut nulla tergiversatione celari possit. Irregularitas, quæ incurritur per infamiam facti, pro si quæ sit, tollitur per legitimam pænitentiam, et plenam boni testimonii reparationem. Exceptis tamen iis tres delictis, de quibus hic agitur, quæ quamvis occulta, pariunt Irregularitatem. Mortalia tamen esse debent, et opera consummata. Ex hæc numeri sequentibus exponuntur.

1°. Irregularis est qui scienter rebaptizat aut rebaptizatur, et is, qui in officio ministrat rebaptizanti, non vero Patrinus: De rebaptizato patet ex Cap. Qui bis: de rebaptizante ex Cap. Ex litterarum. Aliqui etiam extendunt hanc Irregularitatem ad iterationem tum Ordinis, tum Confirmationis; sed isti hoc conjiciunt sine jure*; cum enim hoc non constet in Jure, Odia potius restringenda, quam amplianda sunt.

* Odia ... Reg. ... in 6°

2°. violatio alicujus Censuræ Irregularitatem parit, ita ut si quis suspensus excommunicatus, seu interdictus exerceret aliquod officium, quod in talibus censuris vetatur, Irregularis efficeretur, ut patet ex Cap. Si quis Episcopus 32 q. 33 ex Cap

Cap. Cum illorum de sent. Excom., et ex [illegible] facto de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante. Ita quis incurrat talem irregularitatem, ignorantia potest excusare, dummodo non sit crassa, vel supina; ut declaratur in Cap. Apostolicae eodem tit. Secundo aliquos etiam necessitas excusat, v. g. ad evitandum aliquod grave scandalum quis posset violare censuram, ut suspensus exercere Ordinem [illegible] sed hoc quia valde periculosum, fugiendum esset. Irregularis fit qui scienter in loco interdicto celebrat; non vero in polluta Ecclesia, quamvis graviter peccet.

3°. Si quis exerceret officium Ordinis non suscepti irregularis fieret, ut si simplex Clericus administraret solemniter Baptismum, ut patet ex tit. de Clerico non Ordinato ministrante. [illegible] aliqui, posse Clericum vel in minoribus Ordinibus constitutum, vel etiam Laicum [illegible] cum Dalmatica [illegible] canere, atque manipulo tamen, quod [illegible] se habet ad Subdiaconum. [illegible] hoc sine periculo non fit, nisi usus receptissimus aliquo in loco vigeat: [illegible] tamen tollere multum [illegible].

4° Haeretici et Apostatae a fide irregulares sunt, ut patet ex Cap. Qui in aliquo Dist. [illegible] et Cap. Excommunicamus §. Credentes. de Haereticis. Hoc advertendum, quod

quod non solum Patres heretici irregulares sunt, sed et eorum filii, quamvis Hereticum Patrum non susceperint: que pena extendenda est usque ad 2dum gradum inclusive ex linea paterna; ex linea vero materna usque ad primum gradum, sic statuit* Bonifacius III. Ex preceptis Canonicis patet, irregulares esse vel repensores receptatores, et fautores Hereticorum, immo et solum graviter notati Heresis suspicione, nisi se purgavent. Illi vero qui volunt persistere in Heresi, feriendi sunt primo Anathematis gladio, si per integrum annum iverint; damnandi sunt tamquam Heretici. Ex Cap. Excommunicamus § Ad ... de Hereticis. His adjungendi sunt, qui in adulta etate ab Hereticis Baptismum receperunt, ut patet ex Cap. Ventum est. Cap. Quicumque ... Cap. Placuit, et qui apud

* Statut. in Haret. in 6.

q. 1. 3. 4 ...

Contra id quod dictum est de Heresi, aliqui insurgunt, asserentes hereticos incurrere Irregularitatem non propter crimen Heresis, sed propter infamiam Heresis. Sed talis sententia communis est haeretica, cum contrarium reveletur ex Concilio Liberit. Can. 51. Ex Innocentio I. Epist. ... c. 4., Ex S. Aug. lib. de unico Bap. c. 12

Porro numquam Heretici quamvis sint bene recepti in melioram ... , ... sunt ... , ut patet ex Felicis III. ex Episto. ad Acacium et ex D. Aug. nunc citato. Hec autem Irregularitas nec non alie non solum

im

impediunt Ordinum susceptionem, verum et ipsam Sacrorum

* Bonacin. de irregul. p. 1 punct. 1 n. 4.

vivendus super hoc est *Bonacina.

1º Qui voluntarie homicidium committunt irregulares sunt, non secus ac fautores et cooperatores homicidii; hoc autem tam absolute non est censendum de mandante precipue, et de ~~consentiente~~ consulente ut aliqui volunt; sed magnum inter mandantem et consulentem homicidium est discrimen; mandans enim, cum mandatum revocat, quamvis mandatarius post revocationem exequatur mandatum, non fit irregularis; etiam mandatarius si exequitur actionem, hoc agit non amplius ex vi mandati, sed ex sua malitia; Consulens vero, quamvis revocet, si actione non impediat, fit irregularis, quia ille, qui consilium accepit, semper agit ex vi suasionis ex vi consilii, cum ejus commodum respiciat.

6º Abortum procurantes sunt homicidae, et inde irregulares si foetus animatus sit, non aliter ex Can. [illegible] vero si ex [illegible] Sicut [illegible] Hos vero de homicidio. Ut autem in hoc non oriatur confusio, advertendum est, quod [illegible] in hoc non [illegible] sequitur* Glossa cum Gratiano, nempe foetum masculinum post 40 dies animari, femininum vero post 80. Qui ergo ante hos dies abortum dantat, quamvis graviter peccet, non efficitur irregularis.

* Glossa cap. Sicut v. verb. quadraginta

7º Qui mutilationem causat, fit irregularis; per mutilationem intelligitur vera membri abscissio vel [illegible] necessarii, ut ita tabescat membrum, ut in illo necessaria sit amputatio. Aliqui vero asserunt, quod si mutilatio succedat in aliqua corporis parte, ad quam nullum spectat officium, non [illegible] irregulari

tabes

tatem; sed quidquid sit, certum est, multos, gravesque Doc=
tores asserere, etiam mutilationem quae deformitatem ni=
miam gignit, quamvis non impediat exercitium alicuius membri,
irregularitatem parere.

7° Casuale homicidium sine culpa ulla neque rei illicitae
vacando non parit Irregularitatem, ut declaratur Cap
Dilecto. Cap Ex Litteris. Cap Significasti. Secus si diligentia
adhibita non fuit, ut ex Cap Pervenit, et ex Cap Ad
audientiam eod. tit. colligitur. Sin autem quis adhibuit
integram in evitando homicidio diligentiam vacando tamen
rei illicitae, nihilominus occidat, utrum tali
incurrat in Irregularitatem, gravis est difficultas. Multi
sustinent, se incurrere; haecque sententia nititur gravibus
Doctoribus, nec non (quod multi faciendum est) sacris Cano=
nibus. C. Lator de homic. et Cap continebatur ibid.
Incredibile tamen judicat Sotus, hanc esse mentem Eccle
siae; vel ipse quidem fatetur, aliquem incurrere in Ir=
regularitatem vacando rei illicitae, dummodo tamen
talis illicita res habeat aliquam ad homicidium per=
tinentiam, secus negat. Quidquid sit, certum est, tali
in materia requiri magnum consilium, quod in talibus
dubiis judicabit, partem tutiorem esse eligendam.

Interr. 3° Quaenam sint Irregularitates ex defectu pro=
venientes? Resp. decem, quae his versibus continentur,

Ortus, libertas, sensus, mens, corpus, et aetas,
Non bigamus, lenis, ne mala fama notus.

Prima itaque Irregularitas oritur ex Defectu natalium, quando nempe aliquis procreatus est ex illegitima generatione, ut constat ex cap. ultimo. de filiis presbiterorum. Filius vero conceptus per fornicationem, si sequatur matrimonium inter fornicatores ante nativitatem, irregularis non est, dummodo contrahentes nullum habuerint impedimentum tempore conceptionis cap. Tanta. Tit. Qui filii sint legitimi. Hae valent dispensationes ante partus nativitatem, si impedimenta fuerint tempore conceptionis; sicut non nocet impedimentum conceptionis supervenieus. Legitimus habendus est filius, licet parentes ejus inhabiles essent ad contrahendum, si una pars ignorabat impedimentum, et bona fide matrimonium contraxerat. Filius non tenetur credere matri affirmanti illum illegitimum esse, nisi rationes afferat, quae manifeste convincant.

Circa natos expositos non levis est difficultas; nam multi asserunt, revera irregulares esse; quia plerique sunt habendi illegitimi: quia naturaliter probabilius videtur legitimorum expositio fuorum. *Barbosa tamen nec non alii hoc negant: quia in ... sumenda est conjectura quae delicti praesumptionem excludit. ... standum est in hoc praevenire *; ... consilio: Expositi, inquit, non sunt promovendi ... quia probabilius judicium ferri potest de eorum illegitimitate, quam de legitimitate, caeterum in tali irregularitate Episcopi possunt dispensare: quod si aliquis expositus sit in

Barb. de pot. Epis. p. 3 alleg. 11 n. 100.

Covarr. in Clem. ... de ... part. ... n. 4.

Sacris

sacris constitutus, non erat illi usus Ordinum negandus contra auctoritatem Ananiae, et Rebin asserentium, plures ennositos non esse illegitimos, et irregulares habendos.

2Us. Irregularitas ex defectu est libertatis defectus, sive obligatio ad ratiocinia, ut loquuntur jura, id est ad rationem reddendam de aliqua administratione; talis est obligatio Curatorum, Tutorum &c. Cessat autem talis Irregularitas, cessante administratione.

3a est sexus. Mulieres enim a jure Divino excluduntur ab Ordinibus.

4a est etatis defectus, qua adveniente cessat Irregularitas.

5a Amplectitur Demoniaci, amentes, furiosi, lunatici, et epileptici ut patet ex Cap. Clerici Dist 33. Si quis tamen Epileptico morbo infantiae tempore laboravit, non est excludendus ab Ordinibus, si ingressus in pubertatem totaliter Epilepsia cessaverit. Quod si, susceptis Ordinibus, quis inciderit in Epilepsiam, amentiam, vel lunaticus evadit, integro anno periculum de hoc faciendum est, quod si per anni spatium caruerit morbo, sit apud illum Ordinis usus. Cap. Communiter dist. 33. Ad hunc mentis defectum spectant etiam illiterati, in quibus nulla, vel levis apparet scientiam necessariam acquirendam apparet Cap. Illiteratos Dist 36. Ad hanc etiam pertinent Neophyti etiam ab Idololatria aut Judaismo recenter conversi. Cap. Quoniam Distinct. 48.

6a Irregularitas oritur ex Canonis Vetustate, ita ut qui vetustatem habet, non valeat exercere Ordines. Caeci, surdi, claudi si poste indigent irregulares sunt, vel etiam si habeant deformitatem

vel

5

que nimiam admirationem pariat; sed in hoc Episcopo standum est. Caecus dextero oculo non est irregularis nisi oculus sit erutus; ut patet ex Cap. si Evangelica Dist. 55. Sin autem sinistro orbatus sit, gravis est difficultas, communis tamen opinio talem irregularem declarat.
Quamvis Clericus, cui ex necessitate, vel culpa aliqua ... corporis abscissa sit, non irregularis est, si talis abscissio non impediat usum Ordinis, vel pariat deformitatem. Cap. Qui partem Dist 55. Leprosi, tremuli, et abstemii propter periculum effusionis sanguinis, vel vomitus Irregularitati subjiciuntur. Qui vero celebrare non possunt, non irregulares in aliis Ordinibus habendi sunt.
7a Irregularitas oritur ex defectu Sacramenti seu Bigamia quae duplex alia vera, interpretativa altera. 1a spectat eos, qui duas habuerunt uxores, 2a ad illos, qui viduam duxerunt; Imo si virginem duxerunt, sed ... post matrimonium adulteravit talis virgo, et ille cognoverit, irregularis fit. Secus si post adulterium illam non cognoscat. Can. si cujus, et Can. si Laici Dist. 34. Bigami ... censendi qui post emissum votum solemne castitatis in Religiosa Professione, vel sacri Ordinis susceptione matrimonium attentet, illudque consummet, quamvis, ut aliqui arguunt, ex dispensatione contraheret. Haec Bigamia vocatur similitudinaria. Hoc probatur ex Cap. Quotquot. D. 1. q. 1. Quod Caput spectat tam ad viros, quam ad mulieres, ut patet ex Cap. ... in eod.

in eadem distinct. Similiter qui secundum matrimonium, vel cum vidua primo contrahit, est Bigamus, quamvis invalide propter aliquod impedimentum, si tamen consumet ex Cap. Nuper, et C. a nobis. De Bigamis non ordinandis.

6a Irregularitas ex lenitatis defectu. Hanc pariunt homicidium voluntarium, vel mutilatio, quamvis sine culpa. *Omnes vero qui aliquo modo concurrunt ad tale homicidium, vel mutilationem efficaciter irregulares sunt, ut [illegible], [illegible], [illegible]tores, Accusatores, Testes in causa sanguinis. Accusatores in materia criminis capitalis possunt effugere Irregularitatem, si accusent de injuria sibi non alteri illata, et si sincere protestentur se nullam sanguinis poenam, aut mutilationem intendere. C. Praelatis de homicidio in 6. Expediret tamen ut Clerici ab Episcopo reciperent facultatem faciendi accusationem. Inter irregulares illos reponere, qui bona intentione aegrotos in lecto mo[illegible]ent, vel [illegible] alio modo subveniunt, quamvis forte praeter intentionem mors ejus tantillum acceleretur, scrupulosum est, ut asserit [illegible] 22 q. 64 art. 5, et Dominicus Soto l. 5 de just. quaest. 1 art. 9.

*(si quis viduam Dist. 10. [illegible] et [illegible] sententiam.)

Episcopi possunt dispensare ab illis Irregularitatibus quae ex occulto delicto proveniunt, excepto homicidio voluntario, ut ex [illegible] Trid. patet sess. 24. de ref. c. 6. Sin autem casuale sit homicidium, vel ex defensione factum, quamvis non observato [illegible] moderamine Irregularitas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ss. 24. de reform. c. 8.

Quod autem dicitur de Irregularitatibus, quae ex occultis delictis proveniunt, non est dicendum de illis, quae oriuntur ex defectibus,

quamvis

quamvis occultis; hoc multi contendunt; sed quidquid sit certum est, nullibi apparere talem Episcopis concessam facultatem; excepta Irregularitate, quae ex natalium defectu procedit, quoque Episcopi possunt tollere, quoad Ordines minores, ut patet Ex Cap.* Is qui; quae Irregularitas tollitur etiam per ~~ingressum, et~~ professionem Religiosam, quoad Ordines, non

*Is qui de filiis presb.

inferiores Praelaturas.

Quaeres 4º. Quid sit Depositio, et quid Degradatio? Respond. Depositionem esse Ecclesiasticam poenam, qua quis privatur in perpetuum vel a beneficio, vel ab officio, vel ab utroque simul, non amisso tamen clericali Privilegio, quod jungendum est in Degradatione privationi tum ab officio, et Beneficio.

Cap. 6.

De Pollutione Ecclesiarum.

Quae. Quibus in casibus Ecclesia polluatur? Resp. quinque: 1º. Per injuriosam sanguinis effusionem, vel homicidium, ~~[illegible]~~ requiritur autem ut sit magna sanguinis copia cum culpa gravi; nam potest dari magna effusio absque gravi culpa; ut effusio e naribus orta ex puerum rixa, quibus in casibus non censetur polluta Ecclesia; et vice versa potest Ecclesia subire pollutioni sine effusione sanguinis, cum attinente sit mors. 2º. Violatur Ecclesia per seminis effusionem, vel copulam habitam in Ecclesia, modo sit notoria. 3º. Violatur per sepulturam Pagani, vel Haeretici, quorum cadaver, si discerni possit, exhumari debet an-

antequam Ecclesia reconcilietur C. Ecclesiam. de conse
cratione dist. 2. Ecclesia non violatur per sepulturam nondum
baptizati sepulturam juxta opinionem aliquorum gravium
auctorum, quibus tamen alia sententia opponitur.
Quidquid sit certum est, non pollui Ecclesiam si nondum
natus cum matre mortua sepeliatur, si et ipse mor
tuus sit. Vide Cap. Consulisti de consec. Eccle., et Cap.
Sacris de sepulturis. 4º Cum Ecclesia consecrata sit
ab Episcopo haeretico, pro polluta est habenda. Cap.
Ecclesias, et Cap. Arrianorum de Consecratione dist. 2.
Quod aliqui extendunt ad Episcopos Excommunicatos. 5º
Violatur Ecclesia, quando ejus parietes vel in totum vel
majori ex parte corruunt, non vero si tectum corruat.
Quod si paulatim corruendo, et paulatim reficiendo Ecclesia
renovetur, non est violata. Haec violatio spectat ad Eccle
sias Consecratas, quarum in parietibus consistit consecratio,
non ad benedictas, nam benedictio permanet in solo,
non in parietibus, vel tecto.

Quae hactenus dicta sunt de Ecclesiis, asserenda sunt etiam
de Caemeteriis trotandum eam, quod si contiguum sit caeme
terium pollutae Ecclesiae, hoc etiam pollutum censetur,
: vide. quod non est dicendum vice versa, ut patet apud Bonacina
de consec. Eccl. n. 6.
num VIII. Si Caemeterium dividatur per murum, licet

janua

ianua reciprocam conservet participationem, non ~~vide~~ participet una pars pollutionem, altera polluta, ut ait idem Pontifex.

Si Sacerdos sciente in polluta Ecclesia officia, vel Missam celebret mortaliter peccat; quod si sciat de Ecclesiae violatione, incepto Sacro, vel hoc sciat ante Canonis inceptionem, vel post, si post debet perficere sacrificium si ante intermittere debet: quod etiam est dicendum de subita pollutione, quae in Ecclesia evenire potest.

De Actibus humanis.

Caput. Primum.

De Conscientia, et Synderesi, quae sunt proximum, et immediatum principium moralitatis.

Quaeres 1º Quid sit Synderesis? Resp. * S. Thom, esse habitum quorumdam principiorum practicae rationis. Sicut enim in nobis est habitus principiorum speculativorum, quibus sine ulla ratiocinatione statim quasdam veritates attingimus, v. g. totum esse majus sua parte &c sic est habitus principiorum, quorumdam operationis practicae, quo discernimus sine animi retractatione, hoc esse faciendum hoc omittendum. Actus Synderesis sunt duo, instigare nempe ad bonum, et murmurare de malo.

*1. p. I. 79 art. 12

Quaeres 2º

Quæres 2do. Quid sit conscientia? Resp. cum* S. Th. esse

* ibid art 13.

actum rationis, sive judicium practicum, quo ~~cognitatam~~ cognitam veritatem applicamus ad aliquid agendum, vel omittendum: Hujus actus sunt testificari, instigare, vel ligare accusare, sive reprehendere. Applicatio autem veritatis fit tripliciter; uno modo secundum, quod cognoscimus aliquid nos fecisse vel non fecisse, et secundum hoc conscientia dicitur testificari, 2do secundum, quod per nostram conscientiam judicamus hoc esse licite agendum, vel deserendum; et secundum hoc dicitur conscientia ligare, vel instigare; 3o modo applicatur secundum quod per conscientiam judicamus quod aliquid, quod est factum, sit bene, vel male factum; et secundum hoc dicitur accusare, reprehendere.

* S. Th. I a q. 79 art 13

Quæres 3o. Quotuplex sit conscientia? Resp. ~~duam~~ esse veram, erroneam, dubiam, opinativam et scrupulosam. Conscientia vera est illa, quæ non offuscata rationibus ... secundum omnes circumstantias recte applicat agendum aliquid, vel omittendum; Erronea ex falsis principiis sive in se, sive in aliqua circumstantia judicat hoc deserendum, vel faciendum. Dubia est conscientia, quæ fluctuans inter duas partes, non magis in unam quam in alteram se inclinat.* Duplici modo hoc evenire potest, uno quando ex neutra parte agendi, vel non agendi rationes occurrunt, 2do quando occurrunt, sed sunt rationes tales, ut non possit discernere, utra illarum

* S. Th. ad infra ad 3

* S. Th. q. 14. a 5

* S. Th. de verit. q. 14. a. 1

* Si. Le. de cons. Ecl. in ... S. Antonin. 1 p. tit. 3. c. 10. § 10. tract. ... tom. 5.

illar

illarum sint potiores. Tandem scrupulosa conscientia ex nullius momenti ratione, vel levi judicat aliquid tanquam malum. Scrupulus autem vocatur tale judicium, quia anxietatem parit.

Cap. IIdum De Conscientia errante.

Quaeres 1º Utrum peccet, qui agit contra conscientiam errantem. Resp. cum* D. Th. affirmative; quia voluntas humana non amplectitur res, quantenus sunt in se bonae vel malae, sed illas amplectitur sicut illi ab intellectu pronuntur; sin autem intellectus aliquod objectum, quod non est malum realiter, voluntati tamquam malum proponit, homo peccat, si hoc vult, quia voluntas non potest in illud ferri, nisi pravo affectu.

K I. Th. 16. a. q. 19 art. 5.

Quae. 2do Quo genere peccati peccat, qui facit contra conscientiam erroneam. Resp.* D. Th. peccatum reduci ad illam speciem, in qua quis existimat se peccare.

K I. Th. ibi infra ad 3.

Quae. 3º Utrum conscientia erronea excuset a peccato. Resp.* D. Th. affirmative, si conscientia invincibiliter sit errans; nam si vinci potest, non est sequenda, sed debet deponi

K I. Th. 16. 2. q. 19. art. 6.

Cap. 3 De Conscientia Dubia.

Quaeres 1º Quotuplex sit dubium. Resp. aliud facti, aliud juris. Dubium facti est quando quis dubitat, se hoc fecisse, vel non fecisse. Juris dubium est, quando aliquis dubitat, an sit

sit lex hoc imperans, vel illud prohibens.

Quae 2do Quid in dubio, utrum aliqua actio bona sit vel mala agendum? Resp., quod secundum regulas Canonum tutior est pars eligenda; ut patet ex Cap. Ad audientiam de hom. ex Cap. Iuvenis de sponsalibus, et ex multis aliis. Hic audiendi sunt, qui asserunt, Canones loqui de dubio solum facti non juris: negligant hii Clementinam (Exivi. §. Item quia), et D. Th. quodlib. 8. art 13.

* S. Antonin. 1 p. tit. 3 de reg. juris.

Quae 3o Quomodo dubium deponi possit. Resp.* tunc verle deponitur dubium, cum post orationem adhibitam, et prudentum consilium virorum, seriumque examen tam validae et sinceræ apparebant rationes, contra tale dubium:* non vero cum aliqua levissima ratio liceitatem actionis suadet, ut aliqui male contendunt. In dubio scrupuloso standum est omnino boni viri consilio.

* Cajet. in 1. p. S. Th. disp. 6. c. 3.

Cap. 4. De conscientia Opinativa.

Ad hujus tractatus claritatem, sunt aliqua notanda. 1o notandum est, quod vera probabilitas tunc est, cum sententia probabilis non est Ecclesiæ, Patrumve auctoritati opposita, cum sequitur illustrium Doctorum communem consensum, cumque fulcita validis rationibus est.

2do Pro nihilo est sententia illorum facienda, qui asserunt, aliquam actionem illicitam in judicio speculativo fieri posse licitam in practico: nam nulla vera est differentia in talibus judiciis, nisi, quod judicium practicum sit applicatio, seu

* S. de con. Ecl. in

usus

usus speculativi, ut docet S. Thom. Quis cognoscit rem aliquam, tanquam malam, certe si talem cognitionem vult applicare ad aliquid, talis actio erit mala; cognoscere, vel judicare de bonitate, vel malitia alicujus rei ad judicium speculativum pertinet; si hoc judicium habet, tanquam malam ad aliquam, non applicare potest ad aliquid talem cognitionem, quin peccet, in quo practicum judicium consistit vide D. Th. de verit. q. 17. art. 1.

3º Notandum est, Opinionem firmam, atque solida auctoritate comprobatam posse vel seorsim, vel in alterius concursu considerari. si consideretur in concursu alterius, vel est probabilior, vel minus probabilis, vel aeque probabilis, vel parum differens

His positis.

Quaeres 1º Utrum teneamur sequi opinionem tutiorem? Resp. cum *S Antonino neminem teneri ad tutiorem, quae tutior; dummodo tamen tutam opinionem sequatur.

*S. Anto. 1. p. tit. 3. c. 10 § 10 Regula 6

Quae 2. Utrum liceat sequi opinionem probabilem non concurrentem cum aeque probabili?

Resp. affirmative; et ratio; quia in actione sufficit moralis certitudo, quae oritur* ex probabilibus conjecturis grossis, et figurationibus magis ad unam, quae ad aliam partem se habentibus.

* S. Ant. ibid. circa finem.

Quae 3 Utrum sequi liceat opinionem probabiliorem in concursu minus probabilis? Resp. affirmative cum S. Antonino, ut patet ex supra dicta ratione.

Quae 4 Utrum sequi liceat opinionem minus probabilem et minus tutam? Resp negative contra doctrinam quorundam asseren-

tium

tium posse aliquem sequi ex duabus opinionibus contrariis minus ~~tuto~~ probabili, dummodo habeat aliquid probabilitatis gradu, ita ut asserere possit, se prudenter gerere; quin autem sed, et operam perdamus in horum confutatione, sufficiet exponere propositionem ab Innocentio XI damnatam (Generatim dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exceditur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.)

Quaeres 2. Utrum teneamur sequi opinionem securiorem in concursu eque probabilium. Resp. in tali concursu teneri ad tutiorem; quia si quis tutiorem non eligit, semper dubie aget. et hoc verum est quia duo opiniones in eodem subjecto contrarie, necesse est ut illarum altera sit vera falsa altera, in proposito cum cognoscit securitatem unius quod de causa si ab alia inclinabit, quamvis aperte falsam non suscipiet, dubitat tamen de illius veritate, an peccet, qui cum dubio agit, jam satis supra est explicatum de conscientia dubia; sin autem in concursu duarum opinionum eque probabilium non licet, relicta tutiori, namque non faventi libertati, non licet, inquo, aliam sequi, quamvis eque probabilem; a fortiori non licet sequi minus probabilem. Hec valet aliquorum recursus ad judicium practicum, inquo asserunt aliqui esse, quod speculativum condemnat; nam inter alia judicia hec est [illegible]

est

* 3. de con...

est unum est applicatio alterius, sive applicatio cognitionis ad actum; quapropter ~~certus quod~~ malitia alicuius rei, quam quis per speculativum judicium percipit, numquam poterit applicando ad actum talem rem ab ipsa tollere malitiam; videndum quod supra diximus de talibus judiciis.

1. Thess. c. 5. Dicunt tamen, se gerere prudenter, sequendo minus probabile: sed qua prudentia? Quis eam docuit? Docet* Apostolus, omnia probanda esse, quod bonum est, tenendum, et ab omni specie mala abstinendum est: sed quomodo se abstineant ab omni specie mala, qui sequuntur minus probabile? Audiant pro sua confusione

** Arist. l. 2 moral. c. 33* *Aristoteles qui non a fide, sed a ratione ductus sic loquitur: Prudentis, et prudentia est optima eligere, eaque semper sibi proponere, atque jactitare.

Praeterea continua ~~continua~~ lectione praxis fuit ex opinionibus concurrentibus ~~seq~~ eligere securiores, probabiliores.

** Viennen. l. 1 cl. tit. 1. Lemovicen.* Hanc regulam tenuere* Concilia tum Viennense, tum Lemoviense; primum de parvulorum Baptismo; secundum de S. Martiali &c. Haec etiam fuit sententia ~~alias~~ D. Aug. de doctrina Christ. c. 26, D. Th. quodl. 8. art. 13.

** Navarr. in summa c. 27. n. 3* Quaeres 4. Quomodo gerere se debet Confessarius in opinionum concursu, si paenitens sequatur opinionem, quam ipse Confessarius esse putat vel minus probabilem vel falsam.

Resp. cum Navarro,* si paenitentis opinio nullum, vel leve habeat fundamentum, atque aliquo modo faveat libertati, continentiae

laxitudini

periculum peccandi, debet confessarius in suam trahere sententiam Poenitentis, quod si renuit, non est absolvendus. Si autem agatur de re obscura, atque difficillima, ut de aliqua restitutione, de qua non conveniunt Doctores tunc debet confessarius illum remittere ad audiendam aliorum Doctorum sententiam, si poenitens non adhibet Confessario fidem; si vero opinio aliorum Doctorum communiter consentit opinioni Confessarii, tunc debet poenitens acquiescere illi, quod si recuset, non est illi, nisi magno consilio, atque plurima prudentia, praestanda absolutio.

Cap. 5um De Natura actuum humanorum, et conditione.

Quaeres 1o Quid sit actus humanus? Respondeo actum ex voluntate deliberata procedentem. Hic vero actiones, quae non procedunt ex tali principio non sunt humanae, seu hominis: Itaque ad actus humani substantiam requiruntur deliberata voluntas atque libertas.

Quaeres 2o Quid sit voluntarium, et involuntarium? Respondeo voluntarium id esse, quod est a principio intrinseco, sive interna inclinatione cum cognitione finis seu cum advertentia mentis. Involuntarium vero procedit ex principio extrinseco vel absque cognitione. Nam involuntarium ex quadruplici causa, id est ex violentia, ex metu, ex passione, et ex ignorantia originem habet; violentia, et metus extrinseca principia destruunt primam partem defini

*3. De con[cupiscentia]

5

tionis actus voluntarii, nempe, quod sit a principio intrinseco, passio vero et ignorantia destruunt aliam partem tollendo nempe cognitionem finis: Quomodo autem violentia causa sit involuntarii, hoc notandum ad delucidationem.

Duo sunt actus in voluntate, unus internus, et ab illa elicitus; alius externus, et ab illa imperatus; in quantum ad primum voluntas pati non potest violentiam; quia violentia impedire non potest naturalem motum, internamque inclinationem: ad actus vero imperatos se extendit violentia, cum per violentiam ligari possunt membra, ne exequantur voluntatis imperium. Improprie tamen dici potest, etiam voluntatem pati violentiam, cum per aliquam exteriorem causam aufertur objectum suae naturalis inclinationis.

Quaeres 3º. An metus sit causa involuntarii? Ad hujus quaestionis delucidationem, notandum est 1º. duplicem esse metum; alium cadentem in constantem virum, qui oritur ex gravi causa; alterum ex levi causa. Fieri tamen potest, ut causa metus quae respectu alicujus sit levis, respectu alterius sit gravis e converso: 2º. metus potest se habere in actionibus vel causaliter, idest quatenus est causa actionis, vel concomitanter, quatenus est socius non causa actionis: 3º metus, quatenus est causa actionis, potest esse vel totalis, vel partialis causa; totalis, idest, cum omnino metus movet ad agendum; partialis quando non movet,

sed paratum jam ad agendum sollicitat, seu impellit. His praenotatis. Resp. 1. Omne quod fit per metum, tum de voluntario tum de involuntario particeps est: est involuntarium in illa circumstantia, v.g. in mercium projectione ad vitam reparandam, quia nollet mercator non cogente causa merces projicere; est tamen voluntarium, quia realiter vult merces projicere ad vitam reparandam. Unde cum S. Th. quod fit per metum absolute, et simpliciter est voluntarium, et secundum quid involuntarium.

Resp. 2do metum concomitantem non minuit voluntarium, sed potius auget, cum ardorem voluntatis auget. Quando vero partialiter se habet, nec causa est involuntarii nec voluntarii, auget tamen ut plurimum voluntarium. Ex his colligendum, metum, quamvis gravem, vel causantem pene minuere peccatum, tollere numquam: unde in materia gravi actiones contra jus Divinum, vel naturale factae per metum non immunes sunt a mortali peccato.

Q. 2. Utrum leges humanae obligent etiam in mortis periculo.

Variae sunt circa hoc Doctorum opiniones. Cajetanus variis rationibus atque auctoritate aliqua defendit suam sententiam qua asserit, neminem posse legem humanam praeterire
*1. de con[illegible] # [illegible], sed potius mortem subire. Dominicus Sotus cui in hoc D. Th. 1. 2. q. 77. art. [illegible]

hoc Doctores communiter adhærent, asserit, leges huma=
nas non obligare ad mortem, præter hos tres casus: id est 1° cum
non sit periculum Religionis, vel Fidei, aut earum contem=
ptus, et cum conservatio Reipublicæ non exigat hunc
rigorem: ratio hujus doctrinæ est: quia, quamvis leges
humanæ obligent sub gravi, tamen instante
gravi periculo, vel necessitate cessat hæc obligatio,
quod fit, vel per defectum potestatis legislatorum, vel saltem
ex illorum benignitate, qui nolunt cum tanto suos rigo=
re subditos obligare: Hoc valet, in tentatione, quod asserunt Caietanus
nempe, aliquid debere potius mori, quam contrahe=
re cum consobrina, quamvis hoc sit de solo jure positivo;
idea enim quis non potest sine dispensatione contrahere
cum consanguinea, quia non est materia Matrimonii,
sed talis concubitus esset fornicatio, unde per nullum
metum fieri potest. Communior est tamen opinio, junior
tamen videtur Cajetani, cum præcipue sit fulcita Capite
Sacris. de his quæ vi, vel metu causa fiunt.

Cap. 6 De Passione, et Ignorantia,
quæ causæ sunt Involuntarii.

Quæ. 1° An, et quomodo Passio causa sit involuntarii? supponis
S. Th. 1. 2. q. 77. art. 6. circa. cum D. Th. Passionem causam esse involuntarii, quatenus im
pedit considerationem rationis, quod tripliciter fieri potest

2.° Per abstractionem, seu distractionem. Cum enim una potentia in suo actu intenditur, necesse est, ut altera remittatur; quia in operibus animæ requiritur quædam intentio, quæ cum vehementer ad unum applicatur, non potest alteri vehementer attendere; hinc fit, quod dum appetitus sensitivus in suo actu vehementer intendit, necesse est, ut motus appetitus rationalis vel totaliter impediatur, vel remittatur. 2.° modo ex parte objecti. cum enim aliquis existit in aliqua passione, non facile avertit imaginationem ab his, circa quæ afficitur; at judicium rationis plerumque sequitur Passionem appetitus sensitivi; hinc fit, ut motus voluntatis, qui natus est sequi judicium rationis, impediatur. Tandem passio impedit considerationem rationis per quandam immutationem, ut manifeste fit in dormientibus, atque ebriis. *2. Th. 1.a. q. 6. art. 8.

Ex hoc sequitur, peccata, quæ procedunt ex Passione recte appellari peccata infirmitatis. Vide D. Th. ibidem art. 3.

Respondetur, Passionem, vel minuere, vel augere voluntarium (an tollat, infra videbimus) hæc est Doctrina D. Th. ibidem art. 6. Passio minuit voluntarium, cum trahit voluntatem uno ex modis prædictis; auget voluntarium, cum passio excitatur a voluntate.

*3. 7æ io. E.l

Quæres 2.° An, et quomodo Ignorantia est causa involuntarii?

5

1 Th. 1a. q. 6. in 8. Praesupponendum est 1. Ignorantiam non esse causam involuntarii directe seu indirecte, id est non inclinando voluntatem ad actum, sed removendo prohibens, id est cognitionem, qua posita actum non fecisset.

Praesuppo. 2o: Actum hominis involuntarium alium esse a non voluntario. Involuntarius enim est ille, qui voluntati repugnat: ~~volun~~ non voluntarius qui defectu cognitionis, vel reflexionis non est actualiter volitus, quique tamen non repugnat voluntati.

Praesupp. 3o: Ignorantiam tripliciter se habere posse ad actum voluntatis, vel concomitanter, vel subsequenter, vel antecedenter, ex quo oritur triplex ignorantia, subsequens nempe, antecedens, et concomitans.

Concomitans est, quae nec movet ad actum, nec ab ipso retrahit hominis voluntatem; v. g. Quis occidit inimicum, quem pro fera habebat, ista est concomitans ignorantia, quia si etiam cognovisset hostem occidisset.

Subsequens ignorantia ~~est~~ pertinet ad illos, qui revera ~~...~~ negligunt intelligere seu discere, ut bene agant, quae dupliciter se habet ad actum, id est directe, et indirecte. Directe, quatenus homo vult ignorare, ut excusationem peccati habeat, et haec dicitur ignorantia affectata: Indirecte, quatenus vult scire sed negligenter discit, et juxta talem negligentiam ignorantia vel est supina, vel crassa.

Antecedens ignorantia est, quae non est voluntaria, et est causa

volendi

volendi, quod alias homo non vellet.

Presupposito 4 Ignorantiam aliam esse a nescientia. Ignorantia versatur circa ea quae potest, et tenetur scire: Nescientia circa ea, de quibus nulla obligatio.

Presupposito 5 Aliam esse ignorantiam juris, alia facti: Juris, datur cum quis ignorat ~~[illegible]~~ talem legem, vel Decretum; facti, cum ignoratur propter aliquid circumstantiam actum aliquem esse illicitum.

Presupposito 6. Aliam esse ignorantiam vincibilem, alteram invincibilem: vincibilis dicitur quatenus labore, studio, et oratione superari potest; invincibilis, quatenus vero omni adhibita diligentia superari non potest.

Utrum ignorantia concomitans sit causa involuntarii? Respondeo causam esse non voluntaria quatenus nempe caret cognitione; quia ad actum voluntarium requiritur cognitio; non tamen ~~est~~ et causa involuntarii, quia voluntas non repugnat immo ~~[illegible]~~ delectatur, ut cum quis inimicum insciens interficit, ~~[illegible]~~ caede tamen eius delectatur.

Quaeritur 4 Utrum ignorantia subsequens sit causa actus involuntarii? Respondeo nunquam posse reddere actum omnino involuntarium. vide S. Bernard. Ep. 77. ad Hug. cap. 4. Utrum autem possit minuere voluntarium? Distinguendum vel ignorantia est directa et per se voluntaria, et auget ~~[illegible]~~ voluntarium, ut cum quis vult aliquid ignorare, ut liberius peccet: vel indirecte est

*3 De io [illegible]

5

est, quatenus nempe quis non vult ignorare, sed recusat laborare v.g. in studio, ex quo sequitur eum esse ignorantem, et hæc ignorantia minuit voluntarium: vide D. Th. ubi supra qu. 76. art. 3. His adde quod ignorantia tanto plus peccatum minuit, quanto minor est negligentia inquirendi veritatem, quia in tantum minuit peccatum, in quantum minuit voluntarium.

Quæres 5.° Utrum ignorantia antecedens causa sit actus involuntarii? Resp. si ignorantia invincibilis est, reddere actum involuntarium, et consequenter in tali ignorantia nullum esse peccatum; hæc est mens D. Th. ibidem, S. Joan. Damasc. l. 2. fidei cap. 24, S. Bern. ep. cit. cap. 1., S. Aug. l. 3. de lib. arb. c. 19.; præter autem auctoritatem ratio clara est: omne peccatum est voluntarium; at ignorantia invincibilis non est voluntaria; ergo non est peccatum.

Quæres 6.° in quibus reperiri potest ignorantia invincibilis? Resp. circa legem positivam dari ignorantiam invincibilem, sive juris, sive facti. Circa legem naturalem dari potest ignorantia facti invincibilis. Quis non fatetur, aliquem inculpabiliter posse bona ignorare, quæ possidet, esse alterius? An vero similiter juris naturalis dari possit talis invincibilis ignorantia, recurrendum ad ea quæ dicta sunt in legum tractatu Cap. 6. de Lege naturali.

Quæres 7.° quomodo haberi potest error conscientiæ, et unde proveniat

proveniat? Resp. cum D. Antonino haberi posse vel ex falsa assumptione, vel ex falsa applicatione, scilicet assumendo falsum pro vero, vel verum pro falso; et male applicando generalia principia circumstantiis particularibus; v. g. (de falsa applicatione loquar) B. Philippus Nerius omnem movebat lapidem, ut Romani eum haberent pro stulto; hinc fit, eum nunc per vicos quasi fatuum currere, nunc per plateas ludere, atque bibere modo plane stolido: si nos, ~~varias~~ qui ejus filii sumus cogitando ~~dello~~ de illo generali principio Amare nesciri &c, vellemus hoc applicare circumstantiis particularibus, et praecipue praxiis, ut quae inciperemus omnes insudare, sicut admirabiliter non omnino in hoc imitabili S. Pater faciebat, ut omnes nos viderent ludentes in plateis, per vicos saltantes &c. Quis non videt, talem applicationem non esse laudabilem in his circumstantiis?

Talis error conscientiae procedit 1.° ex ignorantia, ut satis dictum est 2.° ex negligentia, quae ut vidimus non excusat. 3.° ex philautia, seu nimia sui benevolentia. 4.° ex cordis pusillanimitate. 5.° ex superbia. 6.° ex perplexitate. 7. ex humilitate, et cordis puritate. *Sic fit falsus error etc.

*S. De Lig. lib. 3. c. 1. tract. 7. n. 10. S. 3.

5

Caput 7.

De variis divisionibus voluntarii.

Voluntarium dividitur 1.° In voluntarium spontaneum, et liberum. Spontaneum est quod fit sane necessario, sed tamen cum amore, et inclinatione, ut Beati in Caelo, qui necessitate pro amore Dei languent; sed felix, atque dulcissima amandi necesitas! Liberum vocatur, quod fieri et omitti potest: Quod si spontaneum vocabis liberum; ut dicas, fas est, liberum aliud esse spontaneitatis, aliud indiferentiae. Liberum spontaneitatis admittit necessitatem sed non coactionem; liberum indiferentiae nec necessitatem. Libertatem dividunt Teologi communiter cum S. Bernardo in libertatem naturae, quia nascendo acquirimus liberum arbitrium; in libertatem gratiae, qua per Christum liberamur a peccatis; tandem in libertatem gloriae; ubi, relictis mundi illecebris, atque miseriis, perpetua libertate exultant Justi in Domino. Quod spectat ad naturae libertatem; notandum aliam esse libertatem contrarietatis, quae consistit in electione hujus, vel illius actus; aliam esse contradictionis, qua quis agit, vel abstinet ab actione. Quod ad libertatem gratiae attinet; advertendum nobis est, in hac libertate esse quamdam peccandi necessitatem, non in tali, vel tali occasione, sed in genere; quia homo,

quamvis

quamvis valeat ~~vinc~~ vincere peccata omnia seorsim sumpta, Deo favente, tamen non potest collective.

Al. voluntarii divisio est in voluntarium directum, indirectum, et interpretativum. Directum est, quod est per se volitum; indirectum dicitur, quando quis vult causam alicuius mali effectus: v. g. Quis scit, se aliquem in ebrietate ~~occisurum~~ occisurum; hic vult indirecte occisionem, quia directe vult ebrietatem, quae causa est occisionis. Interpretativum est, quod, licet non sit expresse volitum tamen censetur, vel praesumitur.

Ex his voluntarii divisionibus quaeri potest, utrum effectus mali ~~seu~~ involuntarii orti tamen ex causa mala, et voluntaria, sint peccata v. g. blasphemiae in ebrietate etc. Resp. non parum in hoc dissentire auctores: plurimi valida ratione desumpta ex D. Th. 1. 2. q. 79. art. 3. ad tertium, tenuerunt sententiam suam, qua asserunt, tales effectus esse vere peccata; alii negant, nec isti rationibus carent; sed quicquid sit, certum ~~est~~, in confessione ~~ape~~ aperiendos esse omnes malos effectus ex malis causis ortos; ~~et~~ quia aliquando ~~mere~~ sola circumstantia potest convertere in peccatum quod alioquin esset solum effectus peccati, qui effectus in sententia aliorum non sunt peccata.

*3. 2a 10 Ca.

5

Circa tales malos effectus notandum est, quod si nocturna pollutio provenit ex crapula absolute non impedit Eucharistiae sacrae sumptionem, secus si ex voluntaria, atque mala cogitatione. Sic S. Gregorius l. 12. Epist. Epist. 31 ad Aug. respons. 11. et D. Th. 3. p. q. 80. art. 7.

Quaeritur an tunc mali eventus peccatum contineant, quando quis poenituit causam dedisse, totoque animo eam tollere conatus est: v.g. de mandato agitur Clericum occidendi; Resp. si revocatio pervenerit ad comissam personam, antequam exequatur mandatum, tunc mandatarium non esse reum faciendum ita ut incurrat in Canonem ~~ut Glossa super Cap. Mulieres, quod~~, de culpa tamen posse redargui, et puniri, sic Innocentius IV. secuta his dictis.

Cap. VIII.

De variis actuum humanorum speciebus.

Quaeres 1. Quaenam sunt species actuum humanorum? Resp. cum D. Th. actus dividi in bonos, et malos. Boni dicuntur, quatenus habent conformitatem cum objecto regulis morum consona. Mali vero, qui deficiunt in illa conformitate, vel in parte, vel in toto. Ut autem ~~ideo~~ vero actio bona dici potest, necesse est, ut non opponatur nec aeternae, nec naturali, nec legi positivae:

preterea, sicut res naturales non solum ex forma a qua suam speciē trahunt, perfectionis plenitudinem acquirunt, sed etiam ex accidentibus, v.g. in homine ex figura, colore, et aliis: sic actus ex objectis, a quibus suam speciem habent, bonitatem sumunt non tantum, verum ex circumstantiis una quarum solummodo si caret, est mala actio.

Notandū, alios esse actus internos, alios externos. Interni sunt actus eliciti voluntatis, qui immediate a voluntate; alii imperati, qui voluntate imperante a membris producuntur.

Notandū 2º Alium esse finem intrinsecū actionis alium extrinsecum. Intrinsecus est objectum, a quo actio sumit suā speciem connaturalē: v.g. finis intrinsecus eleemosynae est pauperis sublevatio, a qua, tanquam a proprio objecto oritur species actionis, id est bonitas eleemosinae. Extrinsecus vero finem ad quem actio ordinatur connaturalem respicien ab hominis intentione, etiam contra connaturalē respectū actionis: v.g. Eleemosyna, cui est respectus, seu objectum sive finis intrinsecus pauperis
*3. Da. 10 e..l sublevatio, ordinatur ad peccatorū satisfactionē, quae finis

extrinsecus ab hominis intentione.

Notandum 3. Duplicem esse genus circumstantiarum: aliae sunt circumstantiae, quae minuunt, vel augent bonitatem, vel actionis malitiam; aliae quae trahunt actum ad aliam speciem, praeter eam, quam habet a suo connaturali objecto: hoc autem fit, quando circumstantia tribuit actui oppositionem alicui virtuti. v.g. furtum in Ecclesia patratum, praeter speciem malitiae, quam trahit a suo connaturali objecto, est malum distinctum a solo furto propter circumstantiam Ecclesiae, quae circumstantia ipsi furto communicat oppositionem virtuti Religionis.

Notandum 4. mutari posse speciem actionis propter finem: si actio remanet in suo naturali objecto, nec ab hominis intentione ad alium refertur finem, tunc non mutat speciem actionis: secus vero si ab hominis intentione dirigatur actio ad aliquem extrinsecum finem.

Notandum 5. dicendas esse in Confessione omnes circumstantias speciem mutantes, et hoc modo species actionum variantes: circumstantias vero quae notabiliter vel minuunt, vel augent bonitatem vel malitiam actionis, seu bonum est dicendum. Circumstantiae omnes communiter post D. Th. continentur a Scholasticis hoc versiculo.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

...ando 6. Actus morales in individuo multiplicantur per varias interruptiones: v.g. quis putat de inimico occidendo, atque se ad hoc disponit; interim obviam fit illi negotium aliquod, quo expleto, et in quo eius mens poterat se avertere a malo consilio, denuo se determinat ad homicidium patrandum, et sic multiplicatio actuum, quae omnia aperienda est in confessione, quia non est aperiendo de malis cogitationibus, variisque tactibus, quae sine morali interruptione praecesserunt peccatum, seu actus consummationem. Congruit tamen explicare tempus, quo prius in hujusmodi immoratus est, tamquam circumstantiam aggravantem.

Quaeres 12. Utrum dentur actus indifferentes? Resp.* non dari actus indifferentes inter bonos, et malos actus, dari autem inter meritum, et demeritum. Non dantur inter bonos et malos: quia omnes actiones, quae procedunt a ratione deliberativa, vel sunt conformes rationi vel difformes; si conformes sunt bonae si secus malae; et ideo in individuo dari non possunt actus indifferentes, quod potest ~~[illegible]~~ dici secundum speciem; v.g. levare festucam de terra, ire ad campum &c sunt actiones per se indifferentes, quia non videntur pertinere ad ordinem rationis. Sin autem loquatur

* S. Th. q. 18 art. 8, et 9.

* S. de 10 c. 1

tur de actionibus, quamvis in individuo sumptis, quae procedunt a sola immaginatione, quaeque ut non sunt verae actiones morales, sic sunt extra quaestionem.

a. homil. 17 in Ezech. Quod autem spectat ad actiones indifferentes inter meritum et demeritum, certum est tales dari actiones, ut patet ex S. Greg. Nazianz., S. Hieron., S. Bonavent., S. Aug. neque
b. Epist. 89 terea ratione non caret haec sententia tantorum fulcita
c. In 2 sent. dist. 41 art. 1 q. 3 Patrum auctoritate: illae actiones sunt meritoriae, quae relationem habent caritatis ad Deum; illae vero sunt sine
2 d. Epist. 19 merito, quae opponuntur caritati: sin autem dantur actiones quae sint, neque secund., neque contra charitatem, admittendae sunt actiones indifferentes inter meritum, et demeritum (notandum, quod sub peccato non tenemur omnes actiones referre ad Deum); atque iidem actiones, quae sunt neque secundum caritatem, neque contra caritatem; ut diligere parentes, vel amicum motivo mere naturali, comedere ad refectionem, quas actiones Deus nec remunerat, nec imputat ad culpam, ut ait S. Bonaventura ibidem. Ergo dantur actiones indifferentes inter meritum, et demeritum

Sac.

Cap. 4

De concursu Bonitatis, vel Malitiæ in humanis actibus

Quæres 1° Utrum Bonitas, vel malitia prius sit in actu exteriori, et ab illo derivetur in actum interiorem? vel e contra? Resp. * aliam esse bonitatem objectivam, quæ in commensuratione objecti ad rationem, vel Dei legem consistit, aliam formalem, quæ a voluntate provenit, quæque propriè meritorium, vel demeritorium actum facit: si loquatur de bonitate objectiva; semper primo invenitur in actu exteriori, qui actui interiori communicat bonitatem; unde actus interior habebit plures speciales bonitates, secundum diversa objecta legi, vel rationi consona; quia ut vidimus omnis actus desumit suam speciem ab objecto; sin autem consideretur bonitas formalis prius est in actu interiori, quæ facit meritorium actum a quo actu interior derivatur in externum; quia certum est, voluntatem esse meriti principium. quod dicitur de bonitate, potest etiam dici de malitia.

* 1. Th. 2. a. q. 20. art. 2.

Quæres 2° Utrum actus consummatio bonitatem adjungat actui? Resp. voluntatem posse se determinare ad agendum inefficaciter, vel efficaciter: si inefficaciter; plus meriti acquirit in actus consumatione; quia, quod ante quidam

* 3. de co. e.

quávam velleitate volebat, nunc absoluta voluntate agit:

An vero, voluntas ~~vere~~ efficaciter determinata ad agendum, si occasio adesset, aequale habeat meritum, ac si actu consummaret, magna quaestio est inter Theologos: Multi asserunt, internum actum et externum duplicem ferre mentum, vel peccatum; sed melioris est consilii sequi in hoc oppositam sententiam, quam cum * Hugone Victorino, aliis- * que illustribus Theologis secutus est * D. Thomas. Duplici

Hug. Vict. summa... tract. ... c. 11.

modo actioni, consummatio potest augere ~~meritum~~ bonitatem vel ~~commercium~~ malitiam, ~~uno modo~~ id est objective et formaliter. Primo modo; certum est, ad finem aliquem consequendum esse media necessaria; hoc posito, si media quae eliguntur ad finem obtinendum, vel actiones pertinentiam, nullam habeant specialem convenientiam ad rationem praeter ~~specialem~~ commensurationem ad finem intentum, tunc actio exterior non auget etiam objective bonitatem, quam habet voluntas ex intentione sui finis; sin autem media eliguntur, quae specialem habeant convenientiam ad rationem, tunc actio exterior auget bonitatem specificam voluntatis. V. G. si quis intendens acquirere scientiam sibi necessariam, utatur simpliciter labore, et studio, talis actio exterior nullam addit bonitatem intentioni sui finis, quia non habet

D. Th. ... q. 20 art. 3, et 4

bet specialē convenientiā in ratione, preter respectum

ad finē sinceritatis. si autē utatur preter laborē,

et studium, etiam Oratione, tunc actio externa

auget bonitatē specificā voluntatis, quia tunc volun-

tas eligit mediū ad suū finē obtinendū, quod nullum

per se habet respectū ad finē intentum, quoque, ut

obiectum habet speciale, sic etiam habet generalē con-

venientiam ad rationē.

Sed loquendo de formali bonitate aliter ratiocinatur.

Posito namque, quod quis efficaciter velit finem aliquod;

si in executionē non augetur ardor voluntatis, actio

externa non auget bonitatē, vel ~~meri~~ meritum; secus

vero si in executione crescat voluntatis ardor, vel

ut ajunt, si voluntas in opere intendatur.

Utrum actio bona ex intentione finis boni reddatur

mala ex malo medio assumpto. Rx. conclusio ...

utque alios affirmativa. quia ut ait Apostol. non sunt

facienda mala ut eveniant bona, et ut* ait S.

Dionisius, bonum ex integra causa, malum ex quol.

singularibusque defectibus

*D. Dionis. c. 4 de div. nom.

Tract. De Virtutibus Teologicis in particulari.

In tractatu de Virtutibus non immorabimur, solummodo tractando de illis, quae Teologicae vocantur, vel quia ipsum Deum pro objecto immediato habent; vel quia ab ipso Deo infunduntur, vel etiam, quia sola divina revelatione in Sacra Scriptura traduntur.

Cap. 1. De Fide.

Quaer. 1. Quid sit Fides? Resp. esse habitum creato intellectui infusum, quo disponitur ad assentiendum veritatibus a Deo revelatis propter ipsius Dei revelantis auctoritatem. Haec autem virtus est aliarum virtutum principium; quia nec amare, nec sperare possum, quod non credo. Unde Apostolus illud vocat, sperandarum substantiam rerum.

Heb. 11

Quaer. 2. Quid, et quale sit Fidei objectum? Resp. unum materiale, formale alterum. Objectum materiale ea omnia comprehendit, quae nobis credenda proponuntur. Formale vero est motivum, seu ratio formalis, a qua procedunt, quae credenda sunt, sive, ut loquitur S. Th. formale Fidei objectum est prima

veritas

veritas. Nec enim alicui rei assentimur per fidem, nisi quia a Deo est revelata. Cum primam veritatem revelantem formale objectum vocamus, non est intelligendum de omni revelatione, sed solummodo de ea quae fit per media a Deo ordinata; quapropter non est intelligendum de illa revelatione, quae alicui fit privatim, quae non pertinet ad communitatem, seu communem utilitatem, vel instructionem Ecclesiae; sed de eo, quae fit per medium a Deo institutum, ut per Apostolos, Prophetas, aliosque Praesules, qui in Ecclesia positi sunt, ut fideles de Divina revelatione instituant.

Cap. 2 de Regulis, quibus Divina Revelatio infallibiliter proponitur

Quaes. 1° An Scriptura sacra sola sit nobis regula infallibilis, quae nobis proponitur Divina revelatio.

Resp. neg. 1° quia, cum ipsa Scriptura corruptioni, atque mutabilitati subiecta sit, quomodo potest, ipsa nobis esse regula infallibilis, qua proponatur Divina revelatio. Est autem subiecta corruptioni et mutabilitati, cum subiecta sit librariorum incuriae, vel potius Haereticorum malitiae. 2° Quis dicat,

ligere

leges sufficere ad componendas causas, cum nul=
lus sit judex, vel interpres earum. ~~Omnes~~ Quilibet
eas in suum sensum traheret, ut faciunt Heretici,
ut vel Diabolus fecit, dum dixit, Angelis suis
Deus mandavit de te &c. Quisque suum Xti Evangelium
non clamitet. Vide S. Aug. tract. 18 in Joan.,
et B. Hyeronim. advers. Luciferian. in fine.

Cap. 3.

De actu Fidei.

Queres 1. Utrum ad salutem, et adultorum justificationem
necessarius sit actus supernaturalis Fidei, et qua neces=
sitate. Ad hujus capitis expositionem sunt aliqua
notanda. 1. Notandum est, duplicem esse actum Fidei,
alterum externum, unum internum. internus consistit in
subjectione intellectus, non solius sed cum actu voluntatis, sed sine
externa confessione: externus vero dicitur, cum accedit is
ta confessio. Actus Fidei internus est duplicis generis.
Primum genus vocant actum explicitum, quo quis
expresse seu distincte credit aliqua veritatem; ali
ud vocatur implicitus, quo quis paratus est ad consen
tiendum &c seu credendum, quod illi exigeritur, et quo quis
omnia credit in genere. 2. Notand., aliam necessita
tem

medii, aliam esse precepti. Dicitur medii necessitas, quia sine tali medio non potest consequi finem: precepti vero quia oritur ex obbligatione precepti. Notandum etiam aliam esse medii necessitatem absolutam, et aliam secundum quid. Absoluta consistit in necessitate acquirendi re ipsa tale medium in re habitum. Secundum quid dicitur, quando sufficit in voto. His ita expositis Respondeo necessarios esse ad salutem adultorum aliquos actus fidei, tam medii, quam precepti necessitate, Quod patet

* Heb. 11. ex * Apostolo, qui ait, impossibilem esse placere Deo sine fide; quod etiam clare cognoscitur ex sermone cum D. Aug. super nunc expositam Apostoli sententiam; tum ex S. S. Concilio Trid. sess. 6 c. 6.: preterea finis, qui est salus, est quid supernaturale; media vero, ut semper cum fine debent habere conformitatem, quapropter medium debet esse supernaturale, quod sane est fides, si adulti salutem, atque justificationem cupiunt.

Queres 2do An, et quorum misteriorum necessaria sit fides explicita necessitate medii Circa misteriis Trinitatis, atque Incarnationis Mortis, Resurrectionis B. D. N. Je

su

Jesu. ~~At~~ variæ sunt opiniones inter Teologos. ~~...~~

Sed nos, ut propositæ brevitati consulamus, relictis cæteris, eam solummodo exponemus, quæ videtur ~~...~~ communior; quod, ut clare efficiamus, duo statt tempora distinguen= da: unum antea, alterum post Incarnationem Verbi. Hoc præmisso: si loquamur de hominibus ante Verbi Incarnationem existentibus, illis implicita fides de Mi= sterio Trinitatis, et Incarnationis sufficiebat; post In= carnationem vero omnes homines fide explicita cre= dere tenentur Trinitatis misterium, et Incarnationis in mortis ... Hæc est sententia S. Grego. hom. 16 in Ezech. Hug. Vict. l. 2 de sacr. p. 10. c. 5, D. Aug. l. 2. de pecc. orig. c. 24. ...

Cap. 4

De ... Spe.

Pauca de Spe dicamus, cum nihil difficile sit in hoc tractatu. Spes est habitus, quo disponimur ad expectandam æternam Beatitudinem, aliaque bona ad illam conducentia, promissionibus Dei, eiusque auxiliante primo Omnipotentia ~~...~~. Objectum materiale spei est Beati= tudo ~~primario~~, secundo alia bona ad illam conducentia; formale vero est Dei Omnipotentia cum promissione

auxilii-

Notandum Ut sit vera spes, duo sunt ei necessaria scilicet Dei promissio, nostraque cooperatio. Et haec sint satis de Spe: de Charitate alibi dicemus.

Liber 3 De Virtutibus, vitiis atque peccatis

Caput 1. De natura, divisione, subjecto, et actibus virtutum.

Quaeres 1°. Quid sit virtus, et quas conditiones requirat? Resp., virtutem esse bonam in Anima qualitatem, qua recte vivitur, et qua nullus male utitur. Haec definitio clara et saltem quoad primam partem; nam aliqui in 2da definitionis parte inveniunt, quod illis displicet, cum exercitium virtutem in vitiorum usum convertere perspiciunt; sed nimis festinanter de hoc judicant; nam, si considerarent in tali casu virtutem non esse principium, sed objectum peccati ratione qualitatis alterius, errorem non cognoscerent in definitione.

Conditiones, quas virtus requirit, tres sunt juxta *Aristotel. nempe cognitio, electio, atque stabilitas.

* Arist. l. 2 moral. c. 4.

Quaeres 2°. Quaenam sit divisio virtutum? Resp. dividi in *intellectuales, morales, et Theologicas. Virtutes intel-
lectuales

* 1 Th. 2 q. 57

5

lectuales sunt, quibus ad cognoscendas veritates intellectus perficitur, quaeque ad has ~~[illegible]~~ referuntur, ad Intelligentiam nempe, Scientiam, Sapientiam, Prudentiam, et Artem. *

*S. Th. 1. 2. q. 57.

Intelligentia est virtus, qua intellectus perficitur ad princi-pia generalia cognoscenda. Scientia, qua perficitur ad discernendas conclusiones immediate deductas a generalibus prin-cipiis. Sapientia, qua Intellectus cognoscit conclusiones remotas a talibus principiis. Ars, quae praebet facultatem, et modum aliquod opus perficiendi. Prudentia tandem est virtus, quae, omnibus consideratis, absque mentis praecipi-tatione, atque praejudiciis eligit media ad finem assequen-dum congrua, atque meliora.

Hae quinque qualitates non sunt perfectae virtu-tes excepta prudentia. Ad constituendum actum vir-tuosum duo sunt necessaria, nempe cognitio boni, et veri, et reductio ad praxim id quod cognoscitur. Intelli-gentia, scientia, et sapientia versantur solummodo circa cognitionem veritatis; quapropter non sunt proprie vir-tutes. Ars vero quamvis praeter cognitionem, praebeat modum, tamen per se non est vera virtus; nam si artifex aliquod opus conficiat malo sibi fine proposito, male se ageret; quare causa ut Ars sit vera virtus carere bona artificis intentione non debet. Quid sit

Quid sit virtus moralis? Resp. esse ~~virtutem~~ habitum, qua anima perficitur ad passiones moderandas.

Quenam est divisio virtutum moralium? Resp. in acquisitas, et infusas: acquisitæ sunt illæ, quæ adhibito labore et vero, actibus frequentatis, acquiruntur; infusæ, quas Deus per se in nobis, et sine nobis, ut ait D. August. operatur. infusæ aliæ sunt per se, aliæ per accidens; per se dicuntur quando vi, et hominum studio acquiri non possunt; per accidens vero, quando adhibita humana diligentia acquiri possunt, sed Deus pro sua liberalitate absque tali diligentia infundit. Effectus talium virtutum non est plane equalis; nam virtus acquisita honestum hominem facit; infusa et honestum, et Christianum facit.

Animæ quenam sint virtutes Teologicæ. Resp. esse virtutes, quæ immediate ad Deum elevant animum, vel in quantum est summa Veritas, vel in quantum est summa Bonitas, vel in quantum est ultimus finis. Fides ~~illum~~ respicit Deum, ut summa Veritas: Spes, ut ultimus finis; Charitas, ut summa Bonitas. Religio, et reliquæ ei annexæ virtutes, non dicuntur Teologicæ, quia immediate non elevant ad Deum, sed circa ejus cultum versantur.

Quenam sint virtutes cardinales? Resp. Prudentiam Just=

Justitiam, Fortitudinem, et Temperantiam. Cardinales dicuntur, quia sunt primariae passionum moderatrices: ex his quatuor plurimae aliae dimanant virtutes, quae subjectivae, et potentiales vocantur: subjectivae dicuntur quatenus a Cardinalibus ~~[illegible]~~ solum differunt, sicut species a suo genere; potentiales vero, quantenus aliquam cum cardinalibus similitudinem habent.

Quid sit virtutum et subjectum? Resp. subjectum Intellectualium virtutum esse intellectum; moralium vero appetitum sensitivum, non voluntatem; nam, ut optime ajunt quidam Philosophi nostri sessores, ideo in ea aliqui ponendae sunt habenae; voluntas per se tendit jam ad bonum honestum, quapropter non indiget, ut ita dicam habenis; qua de causa ~~appetitus sensitivus~~ habendus est pro virtutum moralium subjecto, appetitus sensitivus qui ad malum proclivis est, ut virtutes sint ejus moderatrices; vide D. Th. de virtut. art. 1.

Quinam sint actus virtutum? Resp. alios esse elicitos, alios imperatos: eliciti vocantur, qui immediate procedunt ab ipsa virtute; imperati, qui ab imperio voluntatis ~~[illegible]~~ determinantur ad aliquid finem non ab ipsa virtute dimanantem; v. g. actus elicitus eleemosynae est pauperum sublevatio; quis tamen

eleemosynam

eleemosyna ad hoc facit, ut sua deleantur peccata; et hæc determinatio actus ad finem, seu objectum non proprium virtuti, dicitur actus imperatus.

Cap. 2.

Quæres, utrum virtutes habitus a Deo infundantur ~~tempore~~ ~~in actu~~. Resp. affirmative cum * Concilio Viennense, et * Tridentino, * cum S.S. Cirillo, ~~Hyeronimo~~, * Aug., * Basilio; quod dicendum est de virtutibus moralibus, hæc est D. Th. sententia, quæ magis consona videtur Patrum Doctrinæ.

* Concilium Vienense Clement. 1. de Summa Trinit.
* Trid. sess. 6. c. 7.
* S. Cirill. Alex. in Thesauro assert. 34
* D. Aug. l. 2. contra peccat. merit. c. 9.
S. Basil. in Spadam c. 25.

Cap. 3.

De connexione Virtutum.

Quæres, utrum virtutes sint inter se ita connexæ, ut una sine altera subsistere nequeat? Resp. cum S. Th. 2. 2. q. 65. art. 4 virtutes morales dari in statu perfecto non posse disjunctive, sed necessario esse omnino inter eas connexionem; quia, ait D. Doctor, ut quis valeat perfecte exercere alicujus actum virtutis, fas ait, ut ad virtutis finem assequendum plurimas vincat contrarietates, seu difficultates, ad quarum victoriam aliæ virtutes requiruntur. Hæc sententia com-

munior est

munior est. quod vero de moralibus asserimus, non est de Intellectualibus, et Theologicis dicendum; ut per se notum est; nam quis est sapiens sine prudentia? quis credit, et non amat? Et haec sint satis de Virtutibus.

De Peccatis.

Cap. 1s De natura peccati, vitii, eorumque divisione.

Quaeres 1°. Quid sit vitium? Resp. esse pravam ~~animae~~ dispositionem, qua anima ad actiones inclinatur malas; actus vero hujus [illegible] peccata dicuntur, quae [illegible] vel facta vel [illegible] contra legem aeternam [illegible] quaeres 2° [illegible] in peccatum Originale et personale: 2 in actuale, et habituale. 3 in mortale et veniale: 4 commissionis et ommissionis: 5 in peccatum contra Deum, proximum, et seipsum: 6 in peccatum cordis, operis, et verbi: 7 in peccatum ex infirmitate, et ignorantia vel malitia proveniens: 8 in peccata spiritualia, ut delectatio honoris, [illegible] &c. et in peccata carnalia ut gula &c. 9 in peccata capitalia quae sunt Superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, et accidia. Haec [illegible], non ~~mo~~ immoramur in [illegible] ratione.

Quaeres 3° Unde dignosci possit magnitudo, et multiplicatio peccatorum? Resp. [illegible] quanto nobilius est objectum, contra quod peccatur, eo magis peccati magnitudo augetur; alio modo ex parte peccantis, et circumstantiarum peccati: nam qui per contemptum et ex malitia

malitia peccata comittit, gravius peccabit quam qui ex infirmitate &c

Quaeres 4.o Utrum aliqua actio per se etiam bona dans causam, vel occasionem omissionis ~~alicujus actio~~ culpabilis, mala fiat. v.g. studium dans causam, vel occasionem omissioni officii. Resp. si actio causalis, vel occasionalis antecedenter se habet, tunc, praeter omissionem culpabilem, ipsa actio est peccatum, v.g. quis antecedenter omissionem officii proponit, ut libere studere valeat, tunc non solum omissio verum et idem studium est peccatum, si vero solummodo concomitanter, secus dicendum; quia tunc studium non est causa omissionis, sed solum illius temporis spatium occupat, quod otio daretur: ratio est, ~~ut~~ quia ad bonitatem requiritur praeter intrinsecam bonitatem, ratio boni, si haec desit, quod etiam per se bonum est non sub boni ratione sumptum fit quodammodo malum. Haec sententia quorumdam ~~[illegible]~~ nimis mihi rigida, atque ~~[illegible]~~ angusta videtur.

Cap. 2. De peccatorum Causis

Quae spectat ad causas intrinsecas, utpote sunt timor, et aliae quae supra dicta, non habebimus sermonem; quae de causa ad extrinsecas causas transeundum, sed statim nobis illa tanquam difficillima, nec non a Teologis agitata quaestio recurrit de Dei Motione, eiusque concursu ad peccatum: sed omnes sententias, earumque obiectiones, quae in Auctoribus inveniuntur

tali in materia, exponere, nihil aliud, quod otium, et operam
perdere mihi videtur: Quapropter sic nostram exponemus senten
tiam, paucis verbis, D. Aug.*, D. Th.*, caeterorumque omnium gravissimorum
atque sapientiorum Doctorum veneranda sequendo vestigia
Dicimus itaque, Deum physice, et specialiter, movere ad materiale
peccati quod sic declaratur. Deus in humana voluntate infundit
aliquas motiones certe per se ad objecta bona, honestaque tendantes,
voluntas sic mota propter malam innatam affectionem, male utitur
talibus motionibus; hinc fit, ut dum movetur dispositive ad bonum
objectum, ipsa ad malum tendit, hinc peccatum, et si Deus concurra
vit physice, et specialiter ad materiale peccati. In plura cognosci
vide D. Th., D. Aug. locis citatis

*1. lib. lo. sic quod et lib. arb. c. 20, et 22

*1. Th. q. de malo art. 2

De Temperantiae, Charitatis, et Justitiae Obligationibus.

Cap. 1. De Temperantia.

Temperantia est virtus, qua moderamur in omnibus externis, quae
cum praecipue sint haec tria, nempe ad honores, delectationes, atque divi
tias reducantur, sic singillatim de Temperantiae officio circa haec agemus;
sit ergo

Cap. 2. De Temperantiae officio circa voluptates corporeas in genere.

Cum Natura etiam in necessariis hominibus delectationem apposuit,
hinc fit, ut Temperantia versari debeat circa insensibilitatem, ut
ait D. Th.*, qualenus nempe appetitum debet esse moderatrix, ne talibus
necessariis

*2. 2. q. 142 art.

necessariis propter delectationem utamur, sed ad eum vivetur finem, ad quod condita sunt, id est ad sustentationem et individui vigorem. Ex praeterea Temperantiae est habitu appetitum ad turpia tendentem reprimere. Cum vero Temperantia per se hoc consequi non possit, hinc fit, ut aliae virtutes, quae partes sunt temperantiae, concurrant, quaenam sunt ait * D. Th. Modestia, Verecundia, Abstinentia, Castitas, Honestas, Moderatio, Parcitas, Sobrietas, Pudicitia, Austeritas, Continentia, Humilitas, Simplicitas, Ornatus, bona Ordinatio, et per se Sufficientia. He Temperantiae partes aliae sunt integrales, quae sunt tamquam conditiones necessariae ad Temperantiam; aliae subjectivae, quae sunt diversae ejus species; aliae potentiales, quae in materia diversa versantur circa ejus modum.

* D. Th. 2a 2ae q. 143 art. 1

Cap. 3. De Temperantiae actu circa cibum, et potum.

In cibo quaedam sunt delectationes, quae a naturali lege prohibentur, aliae ab Ecclesiastica; de primis agemus nunc. Quaeritur 1o Quae sunt gulae species et unde desumatur earum diversitas? Resp. cum * D. Th. secundum has conditiones distinguuntur quinque species, praepropere nempe, laute, nimis, ardenter, studiose. Advertendum tamen, has quinque conditiones non omnibus atque semper gulae species distinguere, etenim propter rationabilem rationem aliquando magni pendet praepropere cibum capere, sic quod lautum esset pro paupere, medium, vel vix conveniens esset pro divite

* 2. 2ae q. 148 art. 4

pro dicere, quod vinum pro infirmo, ac debili, satis ~~pro~~ hac non aliquando parum pro sano fortique homine &c.

Resp. 2º. Si quis ~~at~~ ut reciperet aliquam ex delectationibus secundum expositas conditiones, paratus esset infringere Dei amorem, ejusque precepta v. g. si ad laute vivendum debitorum solutionem, prolis educationem propriam sanitatem negligeret, et alia similia, graviter peccaret, secus solummodo venialiter.

Quær. 2º. Utrum Ebrietas unica sit peccatum? Resp. non esse dicendum graviter peccare, qui, ignorata vini qualitate, vel propria debilitate factus sit Ebrius: quia non peccatum ubi privatio cognitionis deest, si tamen ~~animo~~ ~~non adest affectata, vel similis ignorantia quia proprium debilitatem vel vini qualitatem ignoravit, a nota ab ebrietate effugiendi~~. Secus vero si quis vult ebrietatem etiam pro una vice tantum. et hoc ex mente D. Th., omnium Patrum, atque Teologorum.

* D. Th. 2. 2. q. 150. art.

Quæres 3º. Utrum infirmo liceat etiam mediorum consilio potum sumere usque ad Ebrietatem, ad sanitatem recuperandam? Resp. salva reverentia doctissimo Cajetano, aliisque hoc non posse: quia, ut ait Apostolus, non sunt facienda ~~bona~~ mala, ut eveniant bona; atqui ebrietas est per se, et intrinsece mala, et hoc ex mente D. Th. et ratio, quia omne quod partem hominis rationalem subvertit, ita ut similem jumentis faciat, est intrinsece malum; at cum Ebrietas tales generat effectus, est intrinsece mala: Ergo ad salutem recuperandam Ebrietas non est facienda.

* etiam ... q. ... 50 art. 1 D. 3

Hoc obstat, quod adversarii adducant verba D. Th. ~~quæ~~ tamquam solida suæ sententiæ fundamenta, verba hæc sunt

Cum quis

*1 Th. ibidem. * Dum quis multum comedit, vel bibit secundum consilium medicorum ad vomitum provocandum, non reputandus superius cibi vel potus. Sed contra adversarii verba sequentia Doctoris non ponderantes Dicit, inquit, ad vomitum procurandum requiritur, quod sit potus inebrians: Qua de causa dicendum D. Th. asseruisse, posse ordinariam excedere in potu mensuram ad vomitum procurandum, sed nunquam usque ad Ebrietatem. Hanc nostram mentem D. Th. clarius expressam perlege S. Antoninum 2. p. tit. 6. c. 3. §. 2. et Angelum verb. Ebrietas. n. 2.

*D. Th. 2. 2. q. 147 a. 4

Cap. 4. De Temperantia

Omissa distinctione jejunii in naturale, morale, et Ecclesiasticum, de hoc ultimo dumtaxat perstricte agemus.

Quæres 1° Quænam sint partes constitutivæ jejunium? Resp. has tres, nempe statuti temporis, qualitatis ciborum, et unicam comestionem, quamvis tolerata sit ab Ecclesia collatiuncula quædam sequens refectionem. Quod autem observandum sit circa serotinus in jentaculo, non omnes concurrunt in unum Casuistæ sed quicquid asserant, qui probeni qui habentur, sanam prudentis Cajetani, aliorumque Doctorum sequemur sententiam, quæ duo in jentaculo observat, quantitatem ciborum et qualitatem; quod ad quantitatem spectat non debet ex ex p̄ modicæ finibus unciatiunculæ sese substinere; quod autem ad qualitatem spectat, non omnes cibi, quamvis attendatur parvitas materiæ, in jentaculo locent, sed vel arborum fructus vel similia, abstracte hic loquitur, nam aliquando consilio medicorum vel spiritualis, vel corporalis

*1 A. 2. p.

*S. Th. de i. Ecl.

licet

5

licet aliis ubi cibis, quæ cum sint ad agendum individuo repe=
tita, dummodo quantitas servetur, minime ieiunij ordinem,
legemque subvertunt.

Quæres 2.do Quænam personæ ab jejunio excusandæ sint?
*D. Th. 2a 2æ q. 147 art. 4 ad 2, ad 3, ad 4
Resp. juxtam * D. Th. et secundum consuetudinem ubique receptam
primo esse omnes, qui non compleverunt vigesimum primum
ætatis suæ annum, laudabile tamen esset, si possibile, inte=
grum, vel saltem medium jejunium in his: 2.do eos omnes
qui necessario peregrinare, vel manibus ad propriam, suorumque
sustentationem victum, et necessaria quærere debent, et cum jeju=
nio neque peregrinare vel laborare possent: 3.o omnes
mulieres pregnantes, vel lactentes; quod si ad unum, vel alte=
rum diem esset jejunium, non sunt tam facile excusan=
dæ: 4.o omnes pauperes, qui colligere nequeunt, quod suffi=
ciat ad unam comestionem.

Non sunt tamen ~~excusandi~~ excusandi senes propter ætatem, nisi
*S. Ant. 2 p. tit. 6 c. 2. § 6.
debilitas, vel infirmitas interveniat, ~~[illegible]~~ ait * S. Antoninus;
quod etiam dicendum de ~~[illegible]~~, quidquid aliqui
blaterant.

Cap. De Temperantiæ officio
circa luxuriæ voluptates.

*[illegible]
Quæres 1.o Quænam sint species luxuriæ? Resp. cum * D. Th.
sex esse, nempe fornicationem, quæ consistit in consumatione
actus venerei inter personas solutas, quæ tamen sunt ha=
biles ad matrimonium; adulterium, quod consistit inter
personas conjugatas, una vero, vel altera sit conjugata
~~[illegible]~~ Stuprum, quod ex actu venereo consummato cogno=
scitur, cum puella, vel femina usque tunc virginitatem
~~[illegible]~~ servasset,

Incestum in actu venerei consummatione inter personas consanguineas, vel affines consistentem, ita ut, tanto major culpa habetur, quanto plus consanguinitas, vel affinitas major cognoscitur; Raptum, qui consistit in violentia, qua puella abducitur a custodia parentum; si abducta puella defloratur, dicitur raptus cum stupro; sin autem in raptu & vidua, vel alia femina corrupta defloratur, non dicitur raptus cum stupro, quod solum succedit in virginum defloratione, vitium contra naturam, quod evenire potest pluribus modis, inquit B. Thomas.* si absque concubitu procuratur pollutio, quod ad actum immunditiæ vel mollitiei spectat. si habeatur per concubitum cum altera, specie, quod vocatur bestialitas. si habeatur per concubitum cum non debitum sexum, ut inter masculos; vel in femine ad feminam, et hoc est sodomiticum peccatum. si non servatur debitum instrumentum, vel modo in concubitu.

*. 2a 2æ art. XI.

Quæres 2o. Utrum pollutio excusari, vel procurari possit? Resp. neminem posse pollutionem procurare, quia nunquam licet eo uti, quod contra omnes leges cognoscitur, qua re causa nunquam procuranda est pollutio, cum sit contra leges. Quod autem spectat ad excusationem; notandum est. Vel pollutio directa est volita, et tunc semper est peccatum; vel indirecte, ut cum quis in cœna fit ebrius, vel impuris suam aperit mentem cogitationibus, de istis libenter loquitur, si in somnis fit pollutio, tunc peccatum habet quod est in causa; atque secundum causæ malitiam a Confessario judicandum est. Aliquando tamen quædam sunt

causæ

5

per se, aliquando pollutionem impulsivae, sed necessariae, et tunc cum non sit periculum delectationis, vel consensus, non sunt fugiendae, cum propter varias circumstantias sint necessariae, puta in Confessariis, in quibusdam artificibus, in Medicis, &c.

Cap. 6 De Temperantiae officio circa bonorum usum.

Quaeres 1º. Quid sit Avaritia, et cui opponatur. Resp. esse immoderantiam, seu immoderatam circa divitias affectionem. cum vero in incremento, vel divitiarum conservatione per surreptionem, vel injustam detentionem consistit, opponitur justitiae, quod semper est mortale peccatum, nisi materiae parvitas intercedat; cum in pravo affectu consistit, liberalitati opponitur; qui affectus si Dei legi, vel proximi charitati quoque in gravi anteponatur, ad mortale peccatum venitur; quamvis per se Avaritia non tale peccatum inferat.

Quaeres 2do. Utrum superflua in eleemosynas, vel alia pia opera erogari debeant? Ad clariorem responsionis expositionem, notandum est, alia esse superflua naturae, alia superflua status, et aliam esse extremam, aliam ordinariam necessitatem. His praemissis, Respondeo in extrema pauperum necessitate eroganda esse etiam naturae superflua; in communi vero necessitate, seu ordinaria, quae si recte judicatur, numquam deest, statu superflua distribuenda esse; et haec est doctrina SS. Patrum,

Patrum, sanctorumque omnium Theologorum, quicquid al: qui Casuiste biaterant. S. Amb. l. 1. de offic. c. 34. S. Aug. in Psal. 147 D. Th. 2 2. q. 32. art. 5. ad 3; et ~~[illegible]~~ ibid. art. 6. Cajet. sup. hunc articulum.

Precipua tamen obligatio de eleemosyna eroganda est apud Beneficiarios, quam apud Laicos; quod tripliciter ~~[illegible]~~ agnoscitur: 1° Laici non ~~[illegible]~~ sic stricte tenentur ad eleemosynam ex justitia, ut, si sua bona male perdant, deinde acquirant, teneantur ad restitutionem pauperibus faciendam de ~~[illegible]~~ bonis male perditis, quod utique spectat ad Beneficiarios: 2° Multo magis se extendit status necessarium in laicis, quam in Clericis, cum sit ipsis familiæ, negotiorumque agendorum cura; Immo 2° suam conditionem parcius vivere debent: 3° Laici non tam astringuntur, ~~ut~~ quam clerici ad vigilantiam super pauperum necessitates, atque ad illas inquirendas.

Quares 3°. A quibus, quando, erga quas personas, et quomodo facienda sit correctionis eleemosyna.

Resp. ad primum quæsitum solos Superiores, et Magistratus ~~[illegible]~~ teneri ad correctionem quoad spectat ad partem justitiæ, quoad charitatem vero, omnes homines, et hoc est de præcepto, ut habetur Matth. 18 Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum &c.

Ad 2um respond. cum præceptum correctionis sit affirma

tivum

tivum, non obligatae semper, sed servatis circumstantiis, quando, ubi et solum quod &c.

* [illegible] In D. [illegible] q. 9.

Triplici ratione omitti solet juxta D. Aug.* correctio; vel ratione charitatis, quia nempe moraliter certi sumus de pejori damno, potius quam de emendatione, mediante correctione; et haec omissio est meritoria; vel omittitur ex vano timore: et haec omissio ad mortale peccatum [illegible], si certo habeatur de correctione emendatio: si vero tandem omittitur correctio propter metum vanum ad tempus, sive cum correctio ex timore fit tardior, ut plurimum non excedit venialis peccati malitiam.

Ad 3 quaritur resp. ~~superiores~~ omnes subjectos esse correctionis, immo ipsos superiores; in faciem quidem illis resistendum est, si erroneas disseminant sententias; aliter occulte.

[illegible] et tamen resp. corrigendos esse omni reverentia superiores, aequales vero, et inferiores omni animi [illegible] sione, et lenitate.

* D. Th. 2. 2. q. 33 art. 7. [illegible]

Notat D. Th.* si correctio versatur ~~[illegible]~~ circa [illegible] ad bonum commune pertinentia seu sine [illegible] [illegible], superioribus [illegible]; aliter nullam habet [illegible] [illegible] corrigitur, si nempe agatur de per[illegible] [illegible], quae vel fidei Religionis, et Reipublicae noce[illegible]

* D. Th. 2. 2. [illegible]

[illegible] Utrum prodigalitas sit peccatum, et quale. Resp. cum D. Th. prodigalitatem veniale peccatum

esse, summo[illegible]

esse dummodo prodigalitas non opponatur debitorum solutioni, et familiæ provisione.

cap. 6

De Temperantiæ necessitate circa honorum usum, et elevationem, seu laudis.

D. Th. 2.2. q. 162 art. 1, et 2, et 5 Queres 1° quid sit superbia? Resp. esse inordinatum propriæ excellentiæ appetitum, quod secundum se est mortale peccatum; nam cum voluntas Deo subdita semper existere debeat, per talem inordinatum appetitum se subtrahit a tali subjectione, quæ sine aversione a Deo fieri non potest, hinc oritur peccatum lethale.

vide D. ... art. 7 Species superbiæ juxta D. Gregorium quatuor sunt, bonum estimare a se ipso; propriis intuitu meriti bonum adeptum tenere; jactare quod non habetur; videri appetere habere quod habetur.

*D. ... art. 7 et ... [illegible] cum superbia inanis gloria confundenda quæ cum consistat in quadam complacentia non ... venialis peccati malitiam, nisi directe vel indirecte Dei, proximique charitati opponatur. ... animum quod appetitus gloriæ non est ... malo, ... sit appetitus inanis, vel sit appetitus vanæ

... ambitio ... inordinatus appetitus reverentiæ et honoris propter aliquam excellentiam veram vel ratam; h. Q. quamvis ... manifestum tamquam mortale peccatum non potest inanis gloriæ ... pro ... aliquando

Aliqua nobis quam brevissime de scandalo notanda sunt regulae cum *D. Th. Prima est, scandalum esse dictum, vel factum minus rectum alteri occasionem praebens peccandi. Ut autem peccati sit occasionem non est necesse, ut revera sit peccatum, sed, ut similitudinem habeat peccati, satis est.

*. In 2.2 q. 43. art. 1

2o. Potest quis praebere occasionem peccandi vel per se, vel per accidens. Dicitur per se, quando nempe intendit alios ad peccatum inducere per talem actionem, vel quando actio est per se inductiva ad peccatum, quamvis inducere non intendat. Per accidens vero quando nec intendit, nec actio per se est ad peccatum inductiva, tamen spectator actionis ex sua mala dispositione sumit occasionem peccandi ex illam actione. Hinc dupliciter dividitur scandalum in activum nempe, et passivum. Activum est in persona faciente actionem, quae occasionem praebet peccandi; in Passivum in persona, quae ex alterius actione peccandi occasionem sumit. Passivum aliud dicitur scandalum Pharisaeorum, quatenus nempe procedit ex malitia sumentis occasionem peccandi ex actione, quae per se non est ad peccatum inductiva, et in qua agens non habet inducendi intentionem, aliud vero Pusillorum, quatenus quis sumit occasionem peccandi ex actione non inductiva, non ex malitia sed ex infirmitate.

3a

3ª Ex eo, quod scandalum sit peccatum contra Charitatem, oritur necessitas cessandi ab illis operibus, quæ quamvis peccata non sint, habeant tamen speciem peccati, dummodo tales actiones Charitati opponantur, peccandi præbendo occasionem proximo.

4º Viris pietatem colentibus nullum esse potest scandalum, nisi interdum levissimum, sed ex infirmitate.

5.^m Numquam dimittenda sunt opera et bona necessaria in ad salutem propter scandalum. si vero agatur de bonis non necessariis saluti, recurrendum ad scandali distinctionem supra expositam, Pharisæorum nempe, et Pusillorum; si scandalum est Pharisaicum, non sunt bona dimittenda, quia ~~tale~~ ortur ex alterius malitia; si vero Pusillorum sit, tunc vel dimittenda, vel differenda, donec infirmitas eorum mentis ~~præcip~~ precipitationem deponat; quod si rationibus expositis, non cessat scandalum, non sunt dimittenda bona, quia tunc ex Pusillorum in Pharisæorum scandalum convertitur.

De Justitia, et Jure.

Ut in materia tanti momenti ordine, non secus ac claritate procedamus, quæ in Doctorum libris sparsa, ~~sunt~~ colligenda sunt, quæ precipue ad hæc ma capita re...untur, de quibus nempe

rebus

rerum facienda sit restitutio, vel reparatio, 2°. a quibus personis, quo tempore, et ordine; 3°. de excusatione quae accidere potest de restitutione facienda. Antequam ad haec veniamus supponendum est

1°. Justitiam commutativam, de qua praecipue agendum, a Jurisconsultis definiri* constantem, et perpetuam voluntatem jus suum unicuique tribuere.

* Justitia est virtus justi et aequi

2°. Justitiam distributivam eam esse, quae ~~et~~ ~~[illegible]~~ cognito personarum merito, ~~[illegible]~~ totum distribuit per partes non aequales, sed cum justa meritum.

3° Restitutionem supponere injustam acceptionem, vel detentionem, reparationem vero damnificationem.

4. Restitutionis oriri obbligationem ex injusta acceptione, vel detentione. His suppositis, ut de justitia in contractibus servanda incipiamus sit

Cap. 1.

De justitia contractuum in genere

Contractus est inter duas, vel plures personas mutua obbligatio, seu, ut habetur a Jurisconsultis, ultro, citroque obligatio. Sunt tamen aliqui contractus, qui unam solummodo partem obligant, ut Donatio, Promissio, Depositum, mandatum, Commodatum, Precarium, et omnia, quae gratuita vocantur. Primi vero generis onerosi dicuntur ex mutua obligatione, quam pariunt.

Dividuntur

Dividuntur 1. contractus in nominatos et innominatos. Nominati sunt, qui aliquod notam seu conventionis rationem habent, ut ~~sed~~ venditio, locatio, &c. Innominati vocantur, qui tali conventionis ratione carent, ut Do ut des, facio ut facias, &c.

Dividuntur 2. in contractus bonæ fidei, et in contractus stricti juris. Bonæ fidei non vocantur quia in his equitas, seu fides bona invenitur (satis enim fides in omnibus necessaria est) sed quia ~~quod~~ Judici est de his contractibus ex equo, et bono æstimare, quantum actori restitui debeat. Stricti juris, in quibus verbis omni rigore standum est.

Dividuntur 3 in contractus, qui rerum traditione fiunt, et in contractus, qui solo consensu.

Dividuntur 4. in contractus, qui solum verbis, et in contractus, qui scriptione perficiuntur.

Quæres 1.° Utrum contractus cum errore initus obliget? Antequam ad responsionem veniamus, notandum est, errorem in contractibus posse vel circa substantiam, vel circa qualitatem rei versari; præterea qualitatem in contractibus se posse habere ~~ut~~ vel ut causa finalis, vel solum impulsiva: his notatis Resp. 1.° errorem circa substantiam invalidum omnino reddere contractum, quia in tali casu nullus esset consensus, qui essentialiter ad contrahendum requiritur. Resp. 2.° errorem circa qualitatem, ut causam

finalem

~~versantem~~ finalem, versantem, invalidum reddere contractum, quia vel in hoc casu non invenitur consensus; errorem vero circa qualitatem, quae sit ~~ut~~ causa impulsiva ad contrahendum, non ~~[illegible]~~ irritare contractum, quia qualitas non excludit consensum.

Quaeres ad. Quid dicendum sit de contractu, cui dolus, et fraus causam dederunt. Ad clariorem responsionem, notandum est, fraudem oriri posse vel a solo mediatore, vel a mediatore cum altero contrahente: ~~2º fraudem talem posse invenire ut sine ea non esset contractus~~; 2º fraudem se posse habere ~~ut~~ vel ut ratio finalis, vel impulsiva ad contrahendum. His expositis;

Respondetur 1º si talis est fraus, ut sine illa non esset initus contractus, talem contractum invalidum esse ut habetur ex jure canonico, et civili.

Resp. 2º si fraus in contractu est ut ratio solummodo impulsiva, tunc standum ~~est~~ esse parti deceptae; haec ad in licitum potest contractum rescindi petere vel cum pretii aequalitate eum velle subsistere.

Resp. 3º si mediator fraudem interposuit in contractibus, insciis partibus, tunc pars decepta posse petere ab altera ~~potest~~ posse aequalitatem, alteraque tenetur. Si ex inde damna secuta sunt, mediator ea resarcire, dico si venditor, vel emptor ~~in~~ fraudis partem cum mediatore habuisset, ipse quoque ad resarcienda damna teneretur.

Quid dicendum

Quid dicendum de Contractu metu inito?

Supponendum est 1°, alium esse metum levem alium cadentem in constantem virum: metus gravis sumi debet tum ex periculi magnitudine tum ex impossibilitate vel magna illud fugiendi difficultate. Mala, quibus vir constans flecti potest, hæc sunt mors nempe, verbera, dehonestatio per stuprum, et servitus, ut ait B. Th.

Supponendum est 2°. Metum esse posse vel ab intrinseco propter apprehensionem alicujus mali, vel ab aliqua distincta persona incussum. Si a persona distincta vel juste, vel injuste.

Respon. ergo 1° contractum initum ob metum ex propria apprehensione provenientem, vel mere juste incussum esse validum Vide Cap. ex litteris 2. de sponsalibus.

Resp. 2°. Contractum ex metu injuste incussum esse validum, sed posse rescind. Vide Legem *

Quod de contractibus asserimus non est * de simplicibus promissionibus dicendum, nisi juramento firmentur, de quo sit [illegible]

Quæres 4. * Utrum promissio juramento firmata tenenda sit? Resp. cum B. Th., juramento firmatam promissionem duas continere obligationes, unam qua homini obligatur, alteram, qua Deo; si consideretur talis obligatio quoad hominem cogentem ad talem promissionem, nulla est, quia ma.a

wactio

*C de inutilibus stipul. ff. Quod metus causa gestum.

* D. Th. 2a 2æ q. 89 art. 7. ad 3.

* D. Th. tam ibidem.

5

non mereturum talis promissionis effectum; si vero quoad Deum tenet promissio, sed promittens potest promissionis juramento firmatæ relaxationem licite petere et obtinere. Si vero quis juraverit, se juramenti relaxationem non petiturum, stare non debet, quia contra publicam justitiam est juramentum.

Quæres 3°: Quibus personis contrahere competat?

Ad clariorem responsionem notandum est cum Jurisconsultis, quadruplex esse posse Filiifamilias peculium, castrense nempe, quasi castrense, Profectitium, et Adventitium: castrense est peculium, quod ex professione militari acquiritur, et in hoc etiam apparatus profecturo ad militiam concessus, sive a parentibus, sive aliis continetur: quasi castrense ex aliqua honorifica professione provenit, ut est Judicis, Magistratus, Advocati, Medici similisque professio: Profectitium ex Patris, vel Avi paterni facultatibus procedit, vel ex bonis sane donatis sed intuitu Patris, vel paterni Avi: Adventitium est peculium industria vel labore acquisitum, vel proveniens ex alicujus liberalitate, vel ex Matris, maternive Avi facultatibus.

*Inst. L. omnis § qui quod de inutilibus stipulat.

Resp. ergo 1° Amentes et furiosos, nisi habeant rationis intervalla, non posse contrahere, non secus ac pueros.

2.° Pueros pubertati proximos, si quid sui habeant, posse contrahere; *vel etiam pueros infantiæ proximos.

3°.

* C. tit. de castrensi peculio — 3°. *Pupillos, et Filiosfamilias de bonis castrensibus vel quasi castrensibus contrahere posse, non vero de Profectitiis, et Adventitiis. *Excipiendi sunt Clerici, quib. de bonis in Clericatu adventitiis, licet contrahere sicut de bonis quasi castrensibus.

* L. de epis. et clericis

Queres 6° quid dicendum sit de bonis a Filiisfamilias acquisitis labore vel opificio? Resp. cum talia bona inter Adventitia numerentur, eorum usumfructum ad Patrem pertinere, proprietatem vero ad Filium. * Ex quo deducunt Doctores, bonum immobile Adventitium nec Patrem, nec Filium alienare posse, cum eorum alter proprietatem, usumfructum alter habet. Preterea deducunt, patre non indigente bona Adventitia posse a Filio in negotiationem verti, discedendo a paterna domo, eorumque usumfructum retinere, quantum quod ad conservationem, vel pro temporis opportunitate ad negotiorum augmentum.

* ... de bonis, que ...

Sunt aliqui casus quibus Filiifamilias non acquiritur usumfructum. 1° cum Pater remittit, remittere autem censetur, cum sciens bona Adventitia Filii nihil facit. 2° si pater una cum filio suo ... in hereditatem fratris. 3° si pater sine justa causa divortium instituit. 4. si filio alicujus non solus usufructus donatus fuit. Denique si aliquod filio donatum fuit ea lege, ut preter proprietatem, etiam usumfructum habeat. *

Quare 7° utrum contractus in conventu valeant cum de parte solemnitas requisita a jure civili ...

Resp.

Resp. tales contractus validos esse per se, tamen si ad judicis sententiam habeatur ~~recursus~~ recursus illi tuta conscientia standum est, nam sicut particulares possunt in suis contractibus aliquas ponere conditiones, a quibus valoritas pendeat contractum, sic etiam Princeps contractum solemnitate, aliisque conditionibus orbatum rescindere potest. Hæc tamen regula in Testamentis in pios usus factis non valet.

Cap. 2d. De Iustitia Venditionis, et emptionis.

In tractis regulis exponenda sunt aliqua casus facile occurrentes.

1°. Si Venditor fraudavit emptorem in pretii quantitate in rei qualitate, tenetur non tantum ad restitutionem pretii superexcedentis, verum etiam ad damna inde secuta compensanda; si tamen fraudem noverit licet si bona fide decepit ~~dem~~ emptorem, ad solam pretii superexcedentis restitutionem tenetur.

2°. Si venditor, celato rei vitio fraudulenter decepit emptorem, et damna compensare et superexcedens re[illegible] ... ~~[illegible]~~ restituere tenetur; semper enim in contractibus aperienda sunt ~~vitium~~ vitia. tamen si res vitiata est ... et pretium ad justitiam reducatur, ita ... res pro vitiata vendatur potest venditor quin vitia [illegible] ... rem ~~[illegible]~~ vendere, juxta S. Th. *

[illegible] y [illegible] ... et man[i]festat,

3° Non licet res vendere plus quam valet: si tamen cedat in utilitatem unius, et damnum alterius, tunc

pars, ...

damnum, ob aliud potest quid plus exigere ratione damni: Quod si una ex partibus magnam habet utilitatem sine damno alterius, non tenetur dare nisi quantum res in se valet nec altera pars potest ex alterius utilitate quid plus exigere. S. Th. ibi. Cfr. honoris

2° Ad solutionem quorumdam casuum notandum est aliud esse pretium a quadam lege taxatum aliud a suo prudenti pendens. Triplicis tamen consuetudo pretii gradum dividit, in majorem nempe, mediocrem, et minorem. 1 Antonin. tit. 2 AB. 8. p.

3° Si quis ad avarius sollicitatorum res suas vendit, quas ad aliud tempus servatas estimat plus valituras, potest ultra pretium, quod nunc habent, eas vendere, habita tamen ratione periculi, et diminutionis, quæ solet vel potest accidere. Ait tamen Alexander III, homines suæ saluti consulerent, si a tali contractu abstinerent ratione periculi fraudis.

6° Vendi res possunt vilius, vel carius, prava cessante in verum quia vel rariores, vel communiores sunt, vel secundum majorem, vel minorem concursum.

4° Item potest ob dilatam solutionem carius res suas vendere vel ob anticipatam vilius emere; quia autem [illegible] ad carius vendendum aliquando peccat, si lucrum cessans vel damnum emergens deerit.

7° Si qui ad definitum tempus rem aliquam emit eam potest vilius emere, cum plenum rei dominium non acquirat, sin autem in prefixo tempore venditor rem non redimit tunc emptor ad æqualitatem pretii tenetur.

* ib. 2 a.

*: 7a 6..

9° Moni

5

;Monopolia, nisi fiant Principis auctoritate ad commune
(De bonum illicita omnino sunt, ut patet ex Lege Subsny
monopol. Monopolium est conventio vel inter Mercatores facta
vendent tali injusto pretio res, vel vilius emant, vel
inter Artifices.

Quaeres 1°: Utrum, qui tempore messis, vel vindemiae fru
mentum vinumque vilius emunt, ut carius postea vendant
1 Antonin. tit 2 levari possunt. Resp. cum S. Antonino et aliis canonistis
1 Az 8. hoc autem esse, si ex negotiatione honestum reportetur
lucrum maxime si id tales mercatores ad propriam familiae
que sustentationem faciant; sin autem ex avaritia et
lucri cupiditate hoc fit, ita ut homines ex necessitate
emere impellantur ad avari placitum mercatoris, qui
vivet non penorma contra charitatem, contra communitatem,
contra omnes leges enorme ingum ~~...~~ nepharium
indignum scelus?

Quaeres 2°: Utrum securus sit in conscientia qui
immobile bonum sui debitoris per decretum, vel aucte
nem publicam obtentum viliori pretio teneat?
Resp. negative, si ~~...~~ pretio notabiliter viliori retineat,
~~...~~ omnino pretium adequare tenetur sic Scriptoris nec
non Patrum auctoritate fauti Doctores asserunt.
nec valent quod aliqui dicunt leges nempe civiles
oppositam favere sententiam, ex eo quod permittant
bona debitoris publicari, atque pluris offerenti com.
quia, quamvis leges hoc permittant numquid tamen
credun

bonum Debitoris pretio notabiliter viliori potestatem conferunt, permittunt quidem publicum, ut creditori consulant sed etiam volunt, bona tribui plus offerenti ut Debitori simul consulant; quibus perspectis facile colligitur, leges non favere oppositae sententiae [illegible]. Res publicatae, vel ut ajunt, sub astapositae minus valent; qua de causa creditor viliori pretio retinere potest bonum immobile debitoris per publicam auctionem obtentum. Resp. si loquatur de rebus mobilibus, quarum pretium ab hominum estimatione pendet, concedo, si loquatur de immobilibus, quarum pretium a legibus, vel a consuetudine est taxatum nego; itaque cum bonum de quo hic loquitur, sit immobile, hinc fit ut nequaquam notabiliter minus valeat; et consequenter, ut creditor pretio notabiliter viliori possit illud retinere.

Cap. 3

De Justitia Contractus Locati.

Locatio est contractus quo quis usum rei, vel fructum alicui praestat ad tempus certo pretio, retento sibi dominio. Ad Locationis contractum haec requiruntur. 1. Quod casibus fortuitis periculum sorti sit [illegible] Locatoris: nisi aliter convenerint, quod licet si pretium minuatur pro sortis [illegible]. 2. ut Locans debet Locatum [illegible] re necessarios sumptus et locati

liberum rei

uberum rei usu percipere possit. 3° Locans celare non debet ~~aut~~ fraudolenter rei vitium, quod si commiserit, tenebitur de damna inde secuta compensanda. 4° Rem repetere ante tempus non licet, quod si locans faciet, ad damnorum compensationem tenebitur. Ab hac tamen regula excipiendi sunt quatuor casus. 1° Cum locatarius per biennium pensionis solutionem omiserit, locans eum a locatione expellere potest. 2° Cum propter casum qui tempore contractus providere non potuit oritur locanti necessitas rei locatae, v.g. domi solvere potest contractum. 3° Potest locans interrumpere, vel a locationis contractu resilire, si rem locatam, v.g. domum vult restaurare collabentem, dummodo restauratio necessaria sit. 4° Cum ~~in domo~~ in re locata male locatarius versatur, potest locans, et aliquando debet a contractu recedere. Vide Canon propter ~~[illegible]~~ sterilitatem de locato.

Quinta lex locationis valde notanda est, nempe remittendam esse vel totam, vel pensionis partem conductori agrorum, vel domus, aliit rei similis, cum sine sua culpa fortuito casu rei usus perit impeditus, quod servandum est nisi ~~[illegible]~~ conducta esset in multos annos, ita in quibus unius anni fecunditas alterius sterilitatem compensabit: hoc patet ex Cap. citato.

Quaeres utrum, pro locatore, propter ubertatem augenda sit, sicuti sit diminuenda vilius propter sterilitatem conductoris?

Resp. Si ubertas sive omnino fortuito successit, [illegible] industria

industria coloni, nec ex eo quod fructus multo valent ultra solitum, nec ex bonitate rei, augendam esse pensionem. Vide Panormit. super cap. propter sterilit. de locat. et condut. et ibi quaero., vide etiam Glossam ff. de locato.

Sunt etiam quatuor leges a locatario servandae in locatione; 1° non debet recedere a contractu ante praefinitum tempus, nisi ex necessitate, quo in casu Dominum rei monere debet quod si neglexerit, ad damna compensanda tenetur. 2° Integram omnino debet rem Domino restituere, quod si ex sua culpa deterior facta est compensare tenetur. 3 Solvere tenetur pensionem secundum pactum, vel loci consuetudinem. 4° Re locata uti non debet, nisi usu concesso, vel saltem praesumpto.

Ex modo ~~dictis~~ et supra dictis colligendum est, peccare omnes, qui malis usu ~~domum~~ domos locant ita ut neganda sit absolutio, qui locant domos his, qui in tali domo et locum tribuunt hominibus, atque mulieribus male, impudiceque agentibus, vel aleatoribus ut monet S. Carolus in sua confessariorum instructione.

Quaeres 2° Quid dicendum de famulis, qui propter aegritudinem supervenientem impediuntur, ne locatas operas [illegible] dant. Resp. Herum non teneri, nec ad solvendam [illegible] mercedem, nec ad expensas nisi modicae sint expensae [illegible] charitate autem, qui non videt [illegible] gravi, vel [illegible]

Cap. 4.

2

Caput 4. De Iustitia in Commodato, et Precario.

Commodatum est alicujus rei ad aliquem usum gratuita concessio; differt a precario, in hoc solummodo, quod commodatum sit ad tale tempus, et quod in precario liberum sit Domino ad suum libitum rem repetere.

In his duobus contractibus nil mali, quod difficile sit, occurrit. Notandum tamen, quod si Dominus rem ante tempus per suam repeteret, male se gereret, et ad quantitatem damnorum compensationem teneretur. Supra aliqua de commodato notanda erant.

Cap. 5. De Deposito, et Pignore.

Depositum est contractus, in quo aliquod in manibus alicujus ad custodiendum deponitur. Nemo uti potest deposito, sine expressa vel presumpta rationabiliter facultate.

Contractus Pignoris fit, quando ad debiti securitatem aliquid tribuitur; differt ab Hypotheca in hoc, quod hec versatur circa immobilia, illud circa mobilia.

Cap. 6.

De Mandato, Operarum Locatione, et Negotiis gestis.

Mandatum est officium alicui, qui gratis suscepit exequendum. Quamvis gratis suscepit, tamen ex gratitudine remunerari deberet. Quod si de mercede conventio fit locatio. Quatuor sunt observanda precipue in mandato

1. Mandatarius fines mandati excedere non debet, nisi hoc in mandato, ... licet, ... melior causa mandatis ... poterit ... mandati ...

n. Mandat.

[Left margin notes, partly illegible: "... in mandato ... sunt ... commodati"; "... ut ... mandat ..."]

* C. cum pro ff. comm. de procuratoribus

2° * Mandans in executione mandati indemnem servare debet Mandatarium pro expensis faciendis. Quod si casu fortuito* in executione mandati damna eveniant, compensare mandans tenetur. Quod non est asserendum, si de mercede convenerint.

3° Mandatum de re licita esse debet.

4° Expirare potest mandatum per revocationem factam, re tamen integra, negotio nempe nondum cepto, vel per mortem Mandantis, vel mandatarii, re integra.

Procuratores mandatariis junguntur quia pares.

* L. 38 ad ex. ff. cum glossa ff locati

Locationis leges operarum haec sunt. Si* quis operam suam, vel agrum, et operas simul alteri locaverit, si per conductorem stat, ut operas suas non solvat licet fortuito casu, mercedem repetere potest. Quod si per ipsum steterit, neququam potest; immo si ex hoc conductori damna evenerint, ipse resarcire tenetur; si vero fortuito casu hoc evenit, non tenetur ad resarcienda damna, nec tamen mercedem repetere debet.

* L. viam

2° * Heres defuncti locatarii domus, vel agri, locationis stare tenetur.

3° Si Dominus operam alicuius recepit ... sua ... servitii id solummodo ... favorem alterius, tunc ad laborum totam solvendam mercedem non tenetur, cum non sine suo incommodo operas conduxerit. Si vero quis abutens servi necessitate, et integram propter hanc non solveret mercedem, ad damna compensandam tribuendamque solutionem integram ... ...

4° Si Dominus absque rationab. ... servum ...

Licet

dimittit* ante praefinitum tempori determinatorum ad damna inde secuta tenetur. Quod vice versa dicendum est a servo. 3°. Si artifex propter ignorantiam in suo opere minus, quam deceret, exigit, tunc Conductor artificis tenetur pretium [illegible]

Requaeres. [illegible]

Mutatio tam in materia, quam in forma sacramentorum vel est substantialis, quatenus nempe tollit communem usum, vel communem significationem, vel accidentalis quatenus, quamvis in aliqua parte mutatur, non tollit tamen usum communem vel communem significationem. prima fit invalidum sacramentum, secunda tantummodo illicitam reddit actionem sacramentalem

Mutatio in forma fit vel per additionem verborum vel per diminutionem, vel per transpositionem.

Balbuties, vel alia corruptio linguae si tanta sit ut non tollat communem significationem non fit invalidum sacramentum. etc.

Quaeritur utrum, qui addit aliquid verbis formae alicujus sacramenti verum conficiat sacramentum, si inducere intendit errorem, vel novum ritum in Ecclesia? Resp. si verba, quae adduntur, sunt aequivoca, si errorem inducere intendit nullum esse sacramentum. si vero sunt simplicia talia nempe ut non substantialiter communem significationem tollant, validum esse sacramentum. Vide Dominicum de … n. 9 … Avenion etc.

Ubi

Quæres 3º Utrum materiæ, et formæ Sacramentorum institutæ fuerint a Christo. Resp. affirmative cum D. Thoma, quia Deus est, a quo sanctificamur, et consequenter ab Illo determinanda sunt media nostræ sanctificationis. nec valet varium diversitas in Ecclesiis Græcæ, et Latinæ, quæ diversitas ab aliquibus adducitur ... nostræ oppositionem sententiæ, quia talis diversitas non versatur circa substantiam Sacramentorum, dum ... in vera unitate Ecclesiæ Græci consistant. Vide D. Th. 3 p. q. 60. art. 5.

Quæres 4º Utrum verba formæ Sacramentorum sint ... deprecatoria, vel consecratoria. Resp. consecratoria esse, ut patet frequenter in scripturis de Sacramento ... Baptismi, de cæteris habetur perpetua et constans traditio ..., et non tantum traditio, verum etiam ... in Biblia fundamentum ...

Cap. IV De Sacramentorum effectu

Quæ. 1º Utrum Sacramenta gratiam conferant ex opere operato. Resp. affirmative, quamquam sibi obstaverant ... vide Concil. Trid. sess. 7. c. 8. S. Aug. de verbis Apost. serm. 18. c. 11.

Quæres 2º Utrum Sacramenta conferant primam gratiam? Resp. non primam Grat...

A [illegible] illa [illegible] intelligimus quae primam [illegible]
[illegible] Sacramenta Bapt[illegible]
et Poenitentiae [illegible] et [illegible] primam [illegible]
[illegible] ea mortuorum Sacramenta [illegible]
[illegible] vero [illegible]
Gratiam [illegible] et ideo [illegible]
Omnia [illegible] Sacramenta
primam [illegible] conferant Gratiam. [illegible]
quaquam [illegible] quidquid et
sententia S. Thomae [illegible] est quae essent
vivorum Sacramenta conferre [illegible]
[illegible] primam Gratiam, cum omnia
tamen ex [illegible] possit conferre [illegible]
[illegible] S.
Doctor affert exemplum de Sacramento confirmatio-
nis et [illegible] vide [illegible] 3 p. q. 72. art. [illegible]
et 3 p. q. [illegible] art. [illegible]

Quaeres [illegible]
Gratiam Sacramentalem non esse aliquam Gratiam
[illegible] quae habent
virtutem [illegible] modo [illegible]
[illegible] aliquam [illegible] ad apte ~~[illegible]~~ exercendo
[illegible] Sacramentum [illegible] non [illegible]
ad quam [illegible] augmentet [illegible]
[illegible]
3. p. q. 62. art. 2. ibid. q. 72.

Quæres 4º An Sacramenta antiquæ legis Gratiam ex se efficerent ex opere operato? Resp. 1. Circumcisionem Gratiam contulisse sanctificantem, ut colligitur ex S Aug. lib 3 contra Jul c 18, ex S Gregorio l. 4 Moral. c 3, et ex Innocentio 3 c. Maiores de Baptismo.

Resp. itaque secundo cum D Tho. signa Sacramenta Gratiam sanctificantem [illegible] contulisse [illegible] ratione scilicet Fidei excitatæ in [illegible] venturum. D Tho. in 4 Dist. 1. q. .. art 5 q 1 [illegible] 2.

Quæres 5º Quænam sint Sacramenta, quæ Characterem imprimunt. Resp. Tria nempe Baptismum, ordinem, et Confirmationem. Ex Concil Florent. et Trid. sess 7. de Sacramentis can 9.

[illegible] sit Character? Resp. cum D Tho esse qualitatem potentiam spiritualem importantem, qua homo deputatur ad aliquod statum vel [illegible]. Per Baptismum acquirit potentiam passivam ad recipienda cætera Sacramenta [illegible] Ordinationem; recipit activam ad [illegible] ministranda Sacramenta vel alia ad Dei [illegible] spectantia. Per Confirmationem [illegible] potentiam ad [illegible] Fidem [illegible] ergo Character qualitas [illegible] signum [illegible]. [illegible] 3 [illegible] 3. p. q 63 art 2

Cap. [illegible]

e [illegible]

Cap. 5 de Ministris Sacramentorum.

Quaeres 1° An, et quommodo Xtus sit minister Sacramentorum? Resp. Xtum, quatenus est Deus, habere in Sacramentis potestatem authoritatis, quatenus homo potestatem excellentiae, quod fit quattuor modis. 1° quia Sacramenta ex merito Passionis ejus operantur. 2° quia ab ipso sunt Sacramenta instituta: 3° quia in nomine ejus Sacramenta celebrantur, et sanctificantur. 4° demum quia ipse potuit praeter Sacramenta gratiam conferre. vide D. Th. 3. p. q. 64. art. 3.

Resp. 2° Xtum esse principalem Ministrum in Sacramentis, quatenus ipse ad opus omnium Sacramentorum cooperatur, non solum quia ejus nomine fiunt, verum etiam quia ipse eorum interiores effectus operatur: operatur et vero duplici modo, scilicet meritorie, et efficienter, nec valet objectio, quod causa non agit in distanti si consideretur, quia per immensitatem suae causae principalis approximationem necessariam supplet. D. Th. ib.

Quaeres 2° An, et qualis intentio requiratur in Ministris. Resp. requiri intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, quidquid sit de celeberrima quaestione utrum ad valorem Sacramentorum sufficiat ... exterius peragere ... serio ... [illegible]

verum sententia contrariorum, quae asserit affirmative, quamvis a multis impugnata, multum probabilis mihi videtur, eo magis, quod auctores, gravesque theologos defensores habeat.

Resp. 2°. intentionem aliam esse habitualem, aliam virtualem actualem aliam actualis est, quae habetur in actu ministerii: virtualis est, quae ex actu facto in principio ministerii, perseverat: habitualis est quaedam vel proclivitas, atque facilitas ad formandam intentionem his praenotatis asserunt theologi communissimam esse intentionem actualem sufficere virtualem, nihil quae valere habitualem. verum si quis negligenter actualem intentionem graviter peccaret.

Quaeres 3°. an praeter intentionem requiratur fides in sacramentis ministrandis. Resp. excepto sacramento Poenitentiae validitatem sacramentorum errorem ministri in fide non officere, vide S. August. lib. 4 de Bapt. et 4, et 5. lib. c. 3, summodo vitium Ecclesiae servetur.

Quaeres 4. Utrum sanctitas, et devotio ministrorum requiratur ad ministrationem sacramentorum? Resp. graviter quidem peccare sacramentorum ministros, si hoc indigne ... et ... non ... notitia ... patet

patet ex S. Thom. 1. 3. contra Gentes c. 58. S. Th. 3. p. q. 64. a. 9.

Quæres 3.º Utrum Prædicatores in gratia existentes peccato graviter peccent prædicando. Resp. cum D. Th. vel crimen est occultum, vel publicum, si occultum et excitat se ad dolorem, non peccare, sed autem vestigiis talium dolorem provocare, aliquo modo iram Dei: si vero Delictum est publicum, unde fit, eum prædicare nequire, debere, non peccare graviter juxta sententiam Dominici Soti, qui propter scandalum, tollit omnem suæ prædicationis utilitatem, unde Gregorius, necesse est cujus vita despicitur, ejus prædicatio contemnatur. Vide D. Th. in Psal. 49. et Dom. Sotum in 4 dist. 1. q. 5 a. 6.

Cap. 6 De suscipientibus Sacramenta

Quæres 1.º Utrum requiratur voluntas, et intentio in suscipientibus sacramenta, sicut in Ministris requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesia.

Ad Præ[illegible] dicitur notandum, aliquem posse sacramenta suscipere vel invitum, vel volentem, et mente intrantem [illegible] vel indifferentem vel cum intentione [illegible]

[illegible] suscipit; non recipit Sacramentum [illegible]

[illegible]

[illegible]

sed minime sacramenti effectum eu ... [illegible]
potest tamen cogi ad observandum ... immo ...
vid B Th. in 4 dist. 6 q. 1 art. 2 q. 3 ... et ... ma...
jores de Bap. et ... si vero recipit ... fic-
tus, an recipiat sacramentum ... est inter
Theologos, sed mihi sententia Caietani non parum
arridet, qui asserit, talem revera suscipere sacramen-
tum: quia licet non habeat voluntatem volun-
tantem, immo nisi intentione ... aut determi-
nat suam voluntatem actione ad recipiendum
sacramentum, quis tum aperte audeat ~~...~~ asserere,
talem non recipere sacramentum? Vide ... 3 p. q.
Bap. art. 2. Si vero quis habeat intentionem ...
... recipere potest sacramenta: v. g. quis ante
... vel ante somnum ex morbo concupivit ...
sacramentum, nisi aperte retractaverint talem ...
... sacramentum recipere possunt, alias non
... intervallum ... ~~...~~ esset
... esset expectandum ... ad reverentiam
sacramentorum, nisi necessitas ... esset. Amentes
ex nativitate sine spe usum habendi rationis
... baptizari debent, ut parvuli. vid B Th. in 4
dist. 6 q. 1 art. 2 q. 3 ad 2.

... 2° etiam ... [illegible]

...

...

Sacramenta aliquam [illegible] dispositionem [illegible] [illegible] In eo quod spectat ad nostram justificationem, quod a nobis cooperandum esse: posito hoc principio, patet, præter intentionem, aliquam etiam dispositionem requiri in recipientibus [illegible] sacramenta [illegible] [illegible] velactus fidei spei Amoris &c. nam ut ait S. Augustinus, Deus [illegible] nos justificat nos quasi dormientes &c.

Utrum sacramentum usus indebita dispositione, seu ficte susceptum, recedente fictione suum effectum operetur. Resp. opinionem asserentem, Sacramenta omnia ficte suscepta suum producere effectum, recedente fictione, levissimo fideli fundamento [illegible] eam vero, quæ asserit, ea Sacramenta solummodo effectum operari, recedente fictione, quæ characterem imprimunt, gravissimis niti argumentis nam si quis sacros ordines gravi culpa reus susciperet, si, ablata culpa, sacramentum non haberet suum effectum, privaretur perpetuo gratia sui sacramentali sui ordinis, quod revera durum [illegible]: tandem eam sententiam, quæ asserit ablata dispositione seu fictione [illegible] operari [illegible] effectum, quod impugnari non posse [illegible] Rubr. [illegible] [illegible]

nec valet, quod aliqui asserunt, nempe per contritionem, vel pœnitentiam cum attritione recipere gratiam ~~fictione recedente~~, qui jam accepere per Baptismum characterem, per quem digni facti sunt aliorum Gratia Sacramentorum: sed revera falluntur. nam per ~~pœnitentiam~~ non ~~remittitur~~ conceditur totius pœnæ relaxatio, nec virtutum infusio, sicut in Baptismo. unde fit, privari totius pœnæ relaxatione, virtutumque infusione, si baptismus, recedente fictione, suum non operaret effectum, quamvis per pœnitentiam acquiratur remissio culpæ; unde fit etiam, non esse veram regenerationem: sed quid absurdius? Perlegant hujus sententiæ defensores, D. Aug. l. 1. de Bap. c. 12. ~~D. Aug.~~ contra Donatis. c. 1. ibid. l. 3. c. 13, D. Greg. ad Quiric. Epis. Hiber. l. 9. Ep. 61, et D. Tho. 3. p. q. 64. art. 10. ad 2.

Quæres tandem quid, sit Sacramentum informe.
Resp. Sacramentum hinc esse informe, quamvis validum, cum propter carentiam dispositionis in subjecto effectu caret sanctificatis gratiæ. Conficiendum non est invalidum cum informi: quia tunc est invalidum, cum aliquo suæ substantiæ caret vero tunc ut v. g. materia ... ... rotatum est, ... Quamvis autem ... ... Sacramentum ... ... effectu

effectu caritatis gratiae, ut Baptismus fide susceptus, quamvis characterem imprimat, tamen gratiam sanctificantem non confert. tale matrimonium sacramentum est informe. Dubium est utrum sacramentum poenitentiae informe sit etiam invalidum; sed de hac quaestione suo loco videbimus.

De Baptismo

Cap. 1.

Quaeres 1° Quid sit Baptismus? Resp. esse sacramentum ad nostram regenerationem a Xto institutum.

Quaeres 2° Quando fuit institutum? Resp. cum Patribus communiter tenendum fuisse institutum quando ad Joannem accessit, ab eoque voluit Xtus baptizari, quia tunc aquae mundatae fuere acceperuntque virtutem effectum suum producendi adhibitis verbis, seu forma quae quodammodo tunc expressa fuit in Trinitatis apparitione, Patris nempe per vocem, unde Hic est filius meus &c, Spiritus Sancti per columbam, atque filii per humanitatem.

Quaeres 3° quando coepit obligatio Baptismi? Resp. post mortem, et resurrectionem Xti ablata esse vetera sacramenta legis, ac consequenter ...

simum vim suam habuisse attamen non post promulgationem obligasse. Vide S. Th. 3. p. q. 66 art. 2, 3 et 1. 2. q. 103. art. 3. ad 2.

De Baptismi necessitate non est loquendum cum patet ex Evangelio &c. Sic nec de efficacia baptismi vel, et sanguinis, cum dicat Evangelium, qui ne ... perit coram hominibus &c.

Cap. 2 de materia Baptismi.

Quaenam sit materia hujus Sacramenti remota:
Resp. Aquam naturalem, aliaque nullo modo ma... terra permixtam. Ut patet ex Ecclesiae definitione, et ex perpetua traditione.

Si vero de pueri vita periculum adesset, atque aqua pura, et naturalis careret, uti posset Baptizans aqua per corruptionem ... immutata, ut lixivioria aqua ... carnium, vel ex limo expressa &c.

Quaer. 2d. quaenam sit materia proxima Baptismi:
Resp. materiam applicationem; ad ... est in applicatione materiae, ut aqua fluat, et tangat ... carnem nam si gutta aquae sisteret in ... nite pueri non esset verus baptismus, cum aqua ut abluat fluere ... Sic quando puer nascitur ... operti ... ut aqua immediate ... at &c.

Quod si quis, ex incuria aquam infundat super pellicul[as], sub conditione rebaptizandus esset puer. Si vero mortuus statim perit, sepultura ecclesiastica non esset privandus.

13 Quo modo abluendi sint Cathecumeni? Resp. abluere possumus, vel per aspersionem, vel per immersionem, vel tandem per infusionem. Quod ablui possit per aspersionem ex Act. Apostol. 2, et 4, et ex S. Cypriano l. 4. Ep. 7. ad Magnum S. [illegible] constat.

Baptismus per immersionem servatus est in ecclesia usque ad XIII secul. ut patet ex Historia Ecclesiast. Tandem cum ut plurimum pueri, atque raro adulti baptizantur, ut consulat Ecclesia ~~primorum~~ infirmitati illorum, et horum decentiæ, sibi mos servavit Baptizandi per solam aquæ infusionem.

Caput 2 de forma Bapt.

Qua. [illegible] quænam sit Bapt. forma? Resp. hanc esse, nempe, Ego te baptizo in nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti.

Hinc aliqua notanda sunt [illegible] ... [illegible] plura [illegible] ... [illegible] in genere.

[illegible]

Dicet [illegible]

forma essentia, Sin autem diceret Ego te baptizo in nominibus Patris, Filii et Spiritus Sancti invalidum omnino esset: quia dicendo in nominibus tolliter in Trinitate unitas, quae exprimitur dicendo in nomine Patris &c.

Quid si diceret in Ego te baptizo in nomine Genitoris et Geniti, et ab utroque procedentis, ista secundum S. Thomam mutata remaneret forma Baptismi essentialiter, quia uti debemus verbis, quibus communiter uti consueverunt ad divinas personas designandas: praeterea nomen (Genitor) est verbale, nec personam (?) sub substantia significat. Vide Sanct. Th. 3. pag. 66. art. 5 ad 1. et in 4. Dist. 3 art. 2. ad 4.

Utrum invalidum esset Baptisma tali pronunciatum forma, nempe Ego te baptizo in nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti, et beatissimae Virginis Mariae. Resp. collatorem, nisi Baptismatis si tali modo nondum conferre vellet in Ecclesia, invalidum esse Sacramentum; secus vero proferre, invalidum esse. Sacramentum secus vero si hoc fecit pro zelo, quamvis non secundum scientiam validum esse tale Sacramentum.

~~Notandum ... communiter~~ ...

Inq. Quisnam sit Baptismi minister?
Resp. quod spectat ad solemne Baptismum, Episcopum, vel Parochum, vel alium Sacerdotem ex licentia esse hujus Sacramenti ministrum, servato praesente more Ecclesiae, quod autem spectat ad Baptismum sine solemnitate quemlibet hominem, et mulierem etiam [illegible] et infidelem posse esse ministrum dummodo ritus formaque, atque intentio faciendi quod facit Ecclesia, servetur. Verum quidam ordo est attendendus in hac, ut Presbyteri Diaconis [illegible] a [illegible]ponatur, Diaconi Clericis, Clerici Laicis, [illegible] [illegible] viri &c. Quod si mulier coram [illegible] viro vel [illegible] baptizaret, graviter non [illegible] [illegible] non invadit jus alienum, cum nec [illegible] [illegible] per se jus habeant baptizandi. [illegible] tamen peccaret non tantum mulier sed et Laicus, atque clericus [illegible] [illegible] baptizare auderent, quia revera tali [illegible] jus alienum invaderent, quod non est [illegible] rendum de Sacerdote vel maxime de Parocho [illegible] absque ejus licentia baptizaret.

Cap. 4 de Suscipientibus Baptismum.

nios usus, et simere recuperetur immunem ne
quapiam intraret, ut patet. Sed gravis difficultas
est, utrum aliquid exigi possit. Sed ergo generale
principio a Canonibus extracto solvitur difficultas
nempe, licitum esse justa de causa onus impo-
nere Beneficio, illicitum esse onus imponere ...
ad Beneficium propter possessionem Beneficii, sive in
ejus assecutionem. Vide D. Th. 2. 2. q. 100 art. 4 ...
Panorm. sup. Cap. Jacobus ... sup. Cap. Praeterea &c

Cap. 5. De peccatis contra
Superstitionem, et Sacrilegium

Superstitio est tribuere cultum Deo debitum ...
creaturae, vel est colere Deum modo pravo ...
Superstitio vel est ex parte object. vel ex parte
circumstantiarum. Ex parte object. sunt Idololatria
Divinatio, et vana observatio quae omnia jam paene
ignorantur &c. Ex parte vero circumstantiarum est
cultus falsus, et cultus superfluus. Cultus falsus
est quo Deum colitur ceremoniis contra Ecclesi-
am, v. g. Judaicis ceremoniis &c. Superfluus est, quo
in Dei cultu utitur aliqua re praeter usum Ecclesi-
ae, vel consuetudinem ... ut nolle
... manus ... ...

proveniu

vacare &c. Hic cultus ut plurimum non excedit venialem culpam. Ceteræ vero species superstitionis gravitatem culpæ portant, nisi forte ignorantia aliquando excusaret. Vide Concl. 2, et 4. [illegible] lan. &c.

Duabus regulis cognosci potest, an aliqua actio superstitionis malum contrahat. 1º quando res quæ ad remedia sumuntur nullam naturalem rationem contineant, qua operari possit salutem &c. 2º Quando non solum ratio naturalis cognoscitur in tali remedio sed etiam patet, Deum non concurrere nec per se, nec per Angelos. Tunc dicendum hoc operari per pactum vel expressum cum Diabolo, vel tacito, utendo nempe illis rebus, quæ per pactum initum ab aliis producunt talem effectum &c.

Sunt tamen aliqua circa hoc, quæ absolute condemnare non possum, donec certo sciverim fore v. g. signando [illegible] [illegible] tactus a [illegible], et [illegible] [illegible] Assen. &c. Quis asserere non valet Deum talia agere intuitu nominis [illegible]? &c.

Sacrilegium est violatio rei sacræ. Sacra dicuntur omnia quæ ad Dei cultum spectant. Unaque sacrilegium gravius est, quando res sanctior est. Spectandæ sunt in [illegible] [illegible] personæ [illegible], Sacramenta Ecclesiæ, [illegible]

omnes quæ immediate vel mediate spectant ad cultum Divinum.

Lib. 2. De Sacramentis in genere

Cap. 1. De Natura et necessitate Sacramentorum

Sacramentum est res sensibilis, quæ confert gratiam, quam significat. In quolibet sacramento est est signum rememorativum Passionis [illegible], [illegible] Demonstrativum ejus, quod in nobis efficitur, per [illegible] [illegible] gratiæ, et est signum pre nunciativum futuræ gloriæ [illegible]

Quæres pro quas ob causas instituta [illegible] ramenta. Resp. cum Hugo Victorino triplici causa instituta fuisse sacramenta, propter humiliationem, propter instructionem et propter exercitationem.

Propter humiliationem: Ut homo, qui per inobedientiam se amovit a creatoris subjectione, subjiceretur rebus creatis, de quibus plura sacramenta conficiuntur sibi sumeret occasionem humilitatis.

Propter instructionem: Ut nempe homo de rebus sensibilibus, quæ sunt materiæ sacramentorum, [illegible] [illegible] ascenderet ad cognitionem [illegible]

[illegible]

invisibilium

Tandem per exercitationem. Dum peccavit homo mutabilis atque instabilis factus est, insuper ne sua mobilitate dissolutus ad deteriora semper deflueret, salutiferis nutrimentis egebat, in quibus et remedia sanctificationis exercitatus et eruditione inde accensus profi- ceret occasionem inveniret. vide Hugo Vict. l. 1. de Sacr. parte 9. c. 3.

Quae. 2. Utrum in Lege Naturae fuerint aliqua Sacramenta? Nota non loqui de integro statu naturae, sed ab Adamo usque ad Abrahamum, cui datam circumcisionem. Resp. cum S. Augus. probabilius valde esse illo tempore aliqua Sacramenta fuisse; vide August. l. 5. contra Julian. c. 11.

Quae. 3 An Sacramenta Legis Naturae fuerint immediate a Deo determinata? Resp. cum D. Thom. negative, cum illius homines temporis nulla Lege, sed interiori instinctu se regerent: qua de causa licuit unicuique Deum colere secundum peculiarem suum instinctum. valde tamen probabile est, nunc ipsos viros a Spiritu Sancto ductos atque [illegible] tos aliquod signum Deum colendi determinasse, quod [illegible] non haberet, ita ut neque posset sine culpa etiam tale signi observantiam. vide D. Th. 3 p. q. 60. art. 5 ad 3, et 1. 2. q. 103. art. 1, et in 4. [illegible]

Cap. 2.

Quæres 1º. Utrum pueri suscipere possint Baptismum.
Resp: Affirmative, atque certum est de Fide [illegible]
Quæ. 2º. Utrum pueri in materno utero clausi
baptizari possint. Resp. negative [illegible]; non quia
cum Baptisma sit quædam regeneratio, hinc fieret,
quod pueri regenerarentur, antequam nascerentur;
quod absurdum est; præterea baptismi operationes
exercendæ sunt in corpore [illegible], tanquam in
subjecto [illegible]. Quod si caput appareat, [illegible]
batizandus est, si adsit vitæ periculum; [illegible]
manus, vel pes, vel aliud membrum appareat,
sub conditione baptizandus est; et si a morte
effugerit, iterum sub conditione post nativitatem
recipere debet Baptismum. Vid. D. Tho. 3. p. q.
68. ar. 11. & ad 4.

Quæres 3º. Utrum pueri infideles baptizandi
sint. Resp. ipsos ~~volentem~~ volentes posse ba-
ptizari; secus vero si rationis usum non hab[ent]
invitis parentibus; quia sunt jure naturali sub
eorum dominio; et quia juste timeretur profanatio
[Bap]tismi.
At hac regula juxta [illegible] excipiunt
[illegible] tres casus. 1. ex [illegible] parent[ibus]
fidelibus

fidelibus vir Xtianus evadat, tunc ipse, invita uxore, filios baptizare potest, juxta responsionem Gregorii IX respondentis ad Argentinensem Episcopum; C. ex litteris de conversione infidelium.
Quod hoc etiam asserendum sit de uxore Religionem amplexa Catholicam non est absolute dicendum: nam si uxor in infidelium locis Xtiana evadat, si filios baptizare vellet viro invito, forsitan eos educare non posset propter majorem viri potestatem, et sic in Sacramento Baptismi fieret profanatio: quod si pacifice vivat cum suo viro, tunc potest propter spem educationis in fide &c. Sic etiam si evadat Xtiana in Xtianorum regione, invito etiam viro, potest suos natos baptizare, cum in tali regione timere non debeat viri furorem, et cum semper judicandum sit in favorem Religionis &c.
In 1º casu baptizari possunt pueri cum aliquo modo distracti sunt a praesentia parentum a longissimis regionibus, ita ut talibus parentibus nulla spes remaneat eos recuperandi.
In 2º cum infidelium pueri sunt tali infirmitate

infirmitate ... tenti, ut nulla spes sit amplius sa-
lutis, nec tunc nulla fit parentibus injuria cum
non per Baptismum, sed per mortem eripiendi sint.

Qua. 8. Quid agendum sit de pueris expositis
qui collo appensum habent scriptum, quo ens
testatur baptisma? Resp. si post diligentem inqui-
sitionem res in dubio remaneat, sub conditione
baptizandos esse juxta Concil. Mediol. 3 Tit. de
bapti. infantium expos. ...

Sed quos parentes graviter peccant, si Baptismum
puerorum usque ad nonum diem differunt, immo
in aliqua Galliae Dioecesi est excommunicatio.

Cap. De Baptismi ceremoniis.

Quae. 1. Utrum Baptismi ceremoniae antiquae sint?
Resp. eas descendere ab Apostolorum traditione:
nam, ut ait S. Augst., quod Ecclesia tenet uni-
versa nec a Conciliis institutum non invenitur
pro habendum est tanquam ab Apostolica au-
[illegible] hoc asserunt de Baptismi
ceremoniis antiquissimi [illegible] tres. Ecc.

Caerimoniae semper [illegible] nunquam [illegible] sunt
[illegible] eat [illegible] [illegible]
nisi adsit [illegible] ... excepto solis
Regibus et Principibus [illegible] Concil. Vien. C. Proons
e Bap. in ...

Cap. 1. de Sacramento Confirmationis.

Quae. 1a. Quid sit confirmatio? Resp. Confirmationem esse Sacramentum a Christo institutum quod Gratiae augmentum, robur[que] conf[ert], atque in anima caracterem indelebiliter imprimit.

Quaer. 2a. Quaenam sit hujus Sacramenti obligatio? Resp. cum Catech. Rom. hoc Sacramentum talem obligationem habere, sine qua quis salvus non posse: tamen nemo illud praetermittere debet quod enim omnibus communiter ad nostram sanctificationem Deus proponit, ab omnibus etiam summo studio expetendum est.

Quae. 3a. Utrum praeceptum sit a Christo, ut omnes Confirmationis Sacramentum suscipiant? Resp. cum aliquibus affirmative: verum melior datur responsio cum distinctione: distinguendum itaque est inter eos qui statim post baptismum vel paenitentiam mortui sunt, atque inter eos, qui vivunt: si loquatur de primis non tenentur Confirmationem suscipere quia robur requiritur in illis, qui praeliaturi sunt: qua de causa secundi, qui viventes praeliaturi sunt contra spiritales hostes tenentur tale sacramentum recipere et si data opportunitate negligant, peccant ... [illegible]

venialiter: si vero id omittant ex contemptu vel cum aliorum scandalo mortaliter peccant.

Que. 3°. Utrum ~~oleum~~ materia confirmationis esse debeat oleum olivarum et balsami commistio requiratur cum tali oleo? Resp. quoad primam partem cum D. Thom: requiri olivarum oleum cum hoc solum communiter sit proprie oleum, ceteris tantum oleis in supplementum. S. Th. 3. p. q. 72. ar. 2. et 3.

Quod autem spectat ad aliam questionis partem, resp. balsami commistionem cum oleo esse de ... substantia materię confirmationis; que sententia patet ab invariata Ecclesię praxi, concilii Florentini definitione, quod ait materiam confirmationis esse chrisma confectum ex oleo, et balsamo, nec non plurium graviorum atque insignium theologorum sensu: quidquid aliqui asserant, commistionem balsami esse tantum de precepto, non absolute necessariam.

Que... simplices Sacerdotes ~~tantum~~ possint conficere confirmationis materiam, atque ceteros confir... Resp. quoad primam partem cum Concil. Carthagin. negative quod ... ex dispensatione Pontificis ... materia.

De Sacramento Eucharistiæ.

Caput primum.

Quær. 1° Quid sit Eucharistia? Resp. esse Sacramentum a Xto institutum, quo sub speciebus panis, et vini Corpus, et Sanguis Xti continetur.

Quær. 2° in quo consistit hoc Sacramentum. Notand. 1° in hoc Sacramento tria, sicut in cæteris, contineri, nempe Sacramentum tantum, Sacramentum, et res, et res tantum. Notand. 2° hoc Sacramentum non consistere in quadam actione transeunte, sed permanente quatenus species non consumuntur, vel ita alterantur ut sub eis substantia panis, si adesset, subsistere non posset. His dictis respond. veram Eucharistiæ Sacramenti rationem consistere in speciebus panis, et vini a verbis consecrationis præcedentibus determinatis ad significandum, et continendum Corpus, et Sanguinem Xti in ordine ad animarum refectionem. Sic sacramentum tantum cum re, et Sacramento simul non confunditur.

Quæres 3° Quænam sit materia remota hujus Sacramenti. Resp. panem triticeum, vinumque ex uva confectum esse propriam hujus Sacramenti materiam; quod spectat ad validitatem, sufficiens est tam azimus, quam fermentatus panis; sed in hac

Com...

omnis Ecclesia suum ritum servare debet.

Quæs 4º Utrum necessario aqua misceri debeat cum vino ad ~~consecrand~~ conficiendum sanguinem. Resp. affirmative; non quia aquæ mixtio de essentia requiratur ad validitatem sacramenti, quod conficitur in vino ex vite, sed ex præcepto miscenda est aqua, quod præceptum ab ecclesia demandatum ~~est~~ quia sic illa ab ipso Xto exemplo sic instructa fuit, ~~et~~ ex vide Conc. Trid. sess. 22. c. 1., aliaque priora Concilia sic &c.

Quæs. 5º Quænam sit materia proxima hujus Sacramenti. Resp. esse species, seu accidentia, quibus, tamquam forma cum illis sacramentum componens, correspondent verba consecrationis virtualiter permanentia. Nam cum verum sit per verba species panis, et vini determinari ad significandum, et continendum corpus, et sanguinem Xti, ratione hujus determinationis retitæ, dicuntur verba permanere.

Cap. III de Forma Sacramenti Eucharistiæ.

Quæ: 1º Quænam sit forma hujus Sacramenti?
Resp. esse verba ~~determinat~~ Salvatoris, cujus personam

gerens

quorum Sacerdos utitur in consecratione lla. Verba autem sic expressit Concil. Florentinum: Hoc est corpus meum, et hic est Calix sanguinis mei &c.

Quaes. 2º. Utrum omnia verba, quibus Sacerdotes in Consecratione utuntur, sint de necessitate consecrationis. Resp. neg. quia sed sufficere haec verba Hoc est corpus meum, Hic est Sanguis meus: quia cum forma Sacramentorum conficiant, quod significant, cumque talia verba significent conversionem panis, et vini in sanguinem Xti, ea non conficiunt. Praeterea si omnia verba, quibus utimur in consecratione necessaria est, nulla esset consecratio in quibusdam ecclesiis, in quibus, cum sint alia liturgiae quam in Ecclesia Latina, non utatur stricte talibus verbis in consecratione. Sed hoc quis asserat? Quod si S. Thom. dicat, omnia verba spectare ad substantiam, illi hoc asserunt S. Doctor, quantum non sunt accidentalia, sed spectantia ad integritatem et perfectionem consecrationis. Haec sententia fulcita est auctoritate S. Ambrosii, S. Cirilli Hier., B. Greg. Nyss., S. Chrys. &c.

Caput

Caput 4 de usu Eucharistiae.

Quaeres 1°. Utrum praeceptum communicandi sit Divinum, vel ~~tantu~~ tantummodo Ecclesiasticum. Resp. esse Divinum, quod constat ex verbis Salvatoris Nisi manducaveritis, &c., ex Ecclesiae traditione &c.

Quaeres 2°. Quibus temporibus teneantur fideles communicare? Resp. primos fideles quotidie, aliorum posteriorum ~~fidelium~~ aetatum fideles teneri tribus temporibus, idest Nativitatis, Paschae et Pentecostes; nunc vero tantummodo teneri tempore Paschali.

Utrum adhibita de gravi peccato contritione sine Confessione quis possit communicare? Resp. neg. ex Concil. Tridentin. Sacerdos tamen qui debet ex officio celebrare, si missam peragere urgeat necessitas, et si desset copia confessarii, adhibita de suo gravi peccato vera contritione celebrare posset ex eodem Concil. Trid. sess. 13. c. 7. Quod autem spectat ad peccata venialia, quae cum non tollant charitatem, sic minime potestatem licite communicandi auferunt: haec solummodo minuunt vel omnino impediunt dilectationem hujus Sacramenti. D. Tho. 4. dist. 12 q. 2. art. 1. q. 3.

Aliqua notanda sunt de corporis dispositionem, quae in Eucharistiae susceptione requiritur. 1°. Qui communicandus est, servare debet ante communionem naturale jejunium, quod tamen non frangitur a guttis, quae faciem abluendo descendit in stomacum, a saliva, a pappyro, atque aliqua viva particula &c. 2°. Magis conveniens erit, ut conjuges ante communionem se abstineant ab usu matrimoniali:

sed per se

Sed si aliter se habeant non peccant; sed inducendi ut celebrent: nullatenus tamen tenetur ille vir, vel uxor, si ante communionem petiti debitum reddiderint, sufficit ad decentiam ne petant. Sed vide S. Franc. Salesium. 2. p. c. 20. 3.° Pollutio nocturna procedens ex illicitis confabulationibus ante peractis, vel ex cogitationibus impuris voluntarie admissis, vel ex nimia copula impediunt hujus sacramenti susceptionem, quae non impeditur a pollutione ex infirmitate, vel diabolica illusione procedente, dummodo talis non sit, ut mentem, et imaginationem omnino occupet atque afficiat, quo in casu — conveniens est abstinere.

Quaer. 3.° Utrum communicare teneatur alio tempore, qui tempore Paschali non communicavit, vel sacrilege communicavit. Resp. affirmative: et quidem quoquo ad eum qui non communicavit: quia communionis praeceptum adimplendum est cujus anni usu, nec est differendum ad alterum, hinc qui tempore Paschali ab Ecclesia ad communionis susceptionem constitutio, non communicat, alio illius anni tempore tenetur. Quod autem spectat ad communionem sacrilegam, attenda est propositio ab Innocentio XI damnata; ait enim propositio: Praecepto communionis annuae satisfit per sacrilegam Domini manducationem.

Quaer. 4 Utrum amentibus, et phreneticis denegandа sit communio. Resp. triplicem considerari posse amentiam. Prima eorum est, qui stolidi vocantur, quique, quamvis levem, habent tamen aliquem rationis usum, quo corpus Christi cognoscere possunt, ac consequenter non est eis denegandа communio. 2da eorum, qui nullam habentes rationem habent tamen aliqua lucida inter spatia, quo tempore

— amenus, quam somnolentus parens; sed in ... commu

communicari possunt, imo si mortis periculum imminueret, quamvis nunc ullum non haberent rationis usum communicari possunt, si antecedenter, cum suorum sensuum erant compotes, huius Sacramenti suscipiendi desiderium ostendissent, atque si demum aliqua non timeatur Sacramento irreverentia vel ex vomitu &c. Stia tandem amentia eorum est, qui nunquam rationis usum habuere, nec ullum habent rationis usum, his absolute deneganda est Eucharistia. Vide S. Th. 3. p. qu. 80. art. 9.

Quæ. 5. Utrum Energumenis communicari possit. Affirmative si antea in illis bona animi dispositio prævisa est, atque desiderium, et nisi tanta timeatur irreverentia Sacramenti ... Vide S. Th. ibid ad 2. &c.

Cap. 9. De Pœnitentia quatenus est virtus.

Quær. 1. Quid sit pœnitentia. Resp. esse dolere de patratis sceleribus, quatenus sunt Dei offensæ, proponere emendationem, nec non pro nostro modulo satisfactionem Deo.

Quæ. 2. Quid sit Pœnitentia Sacramentum. Resp. esse Sacramentum a Xto institutum, quo contritis, et confessis peccata remittuntur.

Quæ. 3. Quænam sit materia, et forma huius Sacramenti. Resp. materiam remotam esse peccata; mortalia remotam necessariam, quatenus nempe confiteri tenemur; venialia vero sufficientem esse materiam, quatenus nempe possumus sed confiteri non tenemur: materiam autem proximam esse actus pœnitentis, nempe contritionem, confessionem et satisfactionem. In hoc differt satisfactio a contritione et confessione quod hæc non sit de essentia, sed ad integritatem Sacramenti ... quia sine satisfactione ... salvatur, si satisfactio non potest ...

Quæ 4ª. Utrum ex divina Institutione sacramentalis peccatorum confessio debeat esse secreta? Resp. divinam Institutionem non præcepisse, sed concessisse talem secretam peccatorum confessionem. Vid. Concil. Tr. d. sess. 14 de Pœnit-tio c. 7.

Quæres 5º. Utrum peccatorum confessio integra esse debeat? Resp. 1º. aliam esse materialem, alteram formalem integritatem: materialis est ea, quæ omnium peccatorum explicite exigit confessionem: formalis vero est, quæ ea confiteri homines eorum vult, ~~de quibus~~ quæ post diligentem inquisitionem memoriæ occurrunt, vel quæ moralitas temporis permittit.

Resp. 2º. materialem peccatorum confessionem non semper necessariam esse, utique necessariam esse absolute formalem. Unde omnia peccata post Baptismum patrata confitenda sunt non tantum in genere, sed in specie cum suis circumstantiis speciem mutantibus, nec non juxta aliquos Theologos aggravantibus etc.

Casus, in quibus non est absolute necessaria materialis integritas, sunt, qui sequuntur. 1º

1º. Qui post diligentem inquisitionem peccatorum unum obliviscitur, si postea confitetur, valida est confessio, suumque producit effectum: remanet tamen illi obligatio ~~[illegible]~~, cum memoriæ illud peccatum occurrit, istud Ecclesiæ clavibus submittere.

2º. Qui physicam vel moralem habent confitendi impotentiam, non tenentur servare materialem integritatem: tales sunt, qui in mortis confessionis ~~et~~ ab aliqua mortali infirmitate absorpti sunt, sic qui sunt magno in periculo

periculo ignis, vel aquarum, qui omnes, simul urgente periculo, dato ab eis pœnitentiæ signo, absolvi possunt.
Aliqui addunt etiam tertium casum, quo asserunt non teneri ad confessionem alicujus peccati, cujus sigillum confessarium non servaturum timeatur, vel etiam non teneri, si confessio fieri non possit sine complicis manifestatione. Quamvis vero hæc opinio suis sit fulcita rationibus, tamen in praxi multa requiritur cautela, maxime ubi timetur, Confessarium non servaturum sigillum: nam quoad spectat ad complicem, S. Thom. asserit, manifestandum esse complicem, si hoc necesse sit ad integram confessionem. Vid. B. Th. quæst. 12. q. 6.
Quæ. 6ᵘ. Utrum confessio pœnitentis possit esse simul informis, idest valida, et sine effectu? Resp. negative, si pro confessione totum intelligatur sacramentum; quia quomodo potest intelligi, sacramentum simul validum, et sine effectu? Quod si pro confessione intelligatur sola peccatorum confessio, certum est juxta B. Th., dari posse informem confessionem, et sine fructu; quia quis omnia peccata sua sine contritione, vel attritione confitendo, validam facit confessionem, idest suorum peccatorum accusationem, sine fructu tamen, quia contritione, atque attritione caret: estque valida eo quod si in se reversus ad eundem Confessarium accedat, qui sufficienter talis pœnitentis peccatorum recordetur, non est necesse ut denuo jam confessa confiteatur, sed sufficit ut suam olim habitam indispositionem in sacramento declaret. Vid. B. Th. in 4 [illegible] 17. q. 3. art. 4. q. 2. Quæres 7ᵘ.

Quaer. 7° Utrum per litteras fieri possit confessio Sacerdoti absenti? Resp. negative, vel pro confessione intelligatur sola peccatorum confessio, seu accusatio, vel Sacramentum cum omnibus suis partibus intelligatur: nam certum est in tali confessione deesse proximam Sacramenti materiam, quae in actibus poenitentis coram Sacerdote praesentis consistit; praeterea neque Concil. Trid. sess. 14 c. 2 imperat, ante Tribunal poenitentiae sisti voluit, tanquam reos poenitentes &c.

Quaer. 8° An qui in gravi existit delicto, data opportunitate confiteri teneatur. Resp. si agatur de contritione peccatorem debere actum contritionis emittere, cum memoriae peccatum commissum occurrit; quod autem spectat ad confessionem, probabile videri, ait S. Thomas, non teneri, tamen periculosum esse differre. Per accidens tamen ad confessionem teneri eos, qui aliquam actionem peragere debent, cui praemittenda est confessio, ut sacerdos ante celebrationem missae, &c. Quod si non datur copia confessariorum, probabile sufficere contritionem, si celebrare vel administrare Sacramenta ex officio tenetur. Vid. S. Thom. in 4. dist. 17 art. 1 q. 4.

Quaer. 9. Quid dicendum sit de illis, qui ordinario suo confessario levia, gravia vero peccata aliis confitentur? Resp. si hoc raro eveniat, tolerandum esse omnino, et imo quodammodo approbandum aliquibus in casibus, nam etiam Ecclesia hoc personis concedit Religiosis; quod si saepius et ut plurimum accidat, omnino damnandum; nam sine aliqua culpa hoc evenire non potest; immo, ut ait Layman

graviter

praeter aliquando tales poenitentes aliquando graviter peccant, et hinc hoc fit quando ex hoc illis oritur periculum saepe labendi in mortalia peccata, et vel quando hoc faciunt ut auferant absolutionem &c.

Quaer. 10 Utrum peccata semel confessa quis possit, et debeat confiteri. Resp. posse, et hinc peccata sunt materia sufficiens, non necessaria. debere vero, quando confessiones invalidae fuerunt vel propter carentiam potestatis in Confessario, vel propter malas in poenitente dispositiones: v. g. cum cognoscitur, numquam poenitentem efficacem habuisse dolorem aut conversionis initium, quia semper permansit in eadem peccandi consuetudine in proxima occasione, in odio, et boni alieni detentione &c.

Quaer. 11. Utrum, qui venialia solummodo gravantur peccata, confiteri teneantur semel saltem in anno juxta Lateran. Concil.? Resp. cum S. Th. affirmative; tum ut se peccatorem saltem vero cognoscat, tum ob Eucharistiae reverentiam, tum etiam ut se submittat superioribus suis, qui desumere debent gregem suum. Vide S. Th. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 3.

Quaer. 12. Utrum mentiri in confessione sit mortale peccatum? Resp. 1.° graviter peccare negantem se aliquod grave delictum commisisse, quia sacrilegium facit, et irritum Sacramentum. Resp. 2.° Graviter peccare, qui scienter, et ex proposito se reum facit de aliquo gravi scelere quod non patravit, eo quod decipit Confessarium. Excluduntur tamen ab regula scrupulosi, qui aliquando prae nimia anxietate veritatis, ne se decipiant, numerum peccatorum augent, vel circumstantias. Resp. 3.° si mentitur poenitens asserendo se nequaquam commisisse veniale peccatum revera commissum, vel etiam grave jam debite confessum

venialiter

venialiter tantummodo peccare, et est communior Docto-
rum sententia, qui tali casu nec decipit confessarium
graviter, nec judicium confessionis subvertit.

Cap 2 de sigillo confessionis

Sigillum hoc est quaedam obligatio, qua confessarius
tenetur servare secretum eorum, quae ad confessionem
spectant.

Queres 1° Utrum quis teneatur ad sigillum, si non praebeat absolutio-
nem ~~propter~~ defectu dispositionis paenitentis? Resp. affirmat.
quia, quamvis paenitens non sit absolutus; eius tamen
accusatio est actio judicialis in tribunali paenitentiae
facta &c. Quid si quis illusorie se accusaret,
confessarius non teneretur ad sigillum sacramentale;
manifestatio tamen eius culpae illusorie accusati
tamen proximi charitati se opponeret, et aliis scandalum
interesse praeberet &c.

Que. 2°. Utrum praeter peccata cadat aliquid aliud
sub sigillo confessionis. Resp. 1° non tantum peccata, ve-
rum etiam omnia, quae peccatorem, vel ipsius peccatum
detegere possunt, cadere sub sigillo, haec tamen indirecte.
Resp. 2°. cadere sub sigillo ea, quae cognita molestiam
vel infamiam paenitenti afferent; ut defectus naturales
et alia, quae de his ~~tamen~~ loqui posset etiam confessarius, si
aliunde sciret ~~loqueretur~~, cavendum tamen esset a scandalo.
Resp. cadere etiam sub sigillo personam non solum, quae
confitetur, verum etiam complicem vel aliam personam
quam ipse paenitens manifestavit in accusatione &c.

Q. 3. Utrum aliquando possit urgente gravissima ratione u-
ti confessarius his, quae audit in confessione, v.g. ratione magnae
immo maximae paenitentis utilitatis vel ad vitandum grave praejudic.
Resp.

Resp. quibusdam in casibus posse, quando non timetur manifestatio vel suspicio.

Si Abbas in confitendo aliquem monachum subditum cognovit ejus inhabilitatem inhabili vel tali officio, eum deponere non potest, sed si extra confessionem aliquem alium ejus defectum detegit, per quem eum potest deponere ex officio; + sed requiritur magna prudentia.

Si privatim penitens Eucharistiam petit a confessario, a quo [illegible] propter suam indispositionem obtinuit absolutionem; confessarius, si scandalum non timeatur, ei negare potest; nec hoc reddit odiosam confessionem, cum sit sancta [illegible] odiosa solum perire volentibus.

Si Confessarius aliquem errorem commisit in audienda confessione, v.g. incaute absolvit a quodam casu reservato de quo nulla est ei facultas, potest quidem secreto accedere ad penitentem, eumque advertere, nam tunc supplet ea, quae inchoata fuerunt in Confessione. Consultius tamen est, ut suaviter tenus adducat penitentem ad Confessionem, ut illum admoneret suavius de commisso errore.

Sic si plures in Sacerdotis necem conspiraverunt, unus ad illum accedit penitentiae ductus; non posse sacerdotem confessarium uti scientia in confessione acquisita ad evitandum mortis periculum, aliqui asserunt. Sed quod quaere? Propter manifestationem confessionis. Tales errare, certum est: nam aliud est, facto suo peccatum penitentis revelare, aliud, penitentem confessum fuisse. In tali casu Confessarius suo evitando periculo non peccatum, sed confessum fuisse penitentem, manifestaret et consequenter non violaret sigillum; nam

si

nam si aliquis penitens confessarii admonitionibus pertinaciter resistens concubinam retinuerit, nonne statim deducitur talem confessum fuisse, imperatumque ei ab confessario fuisse malam retinere mulierem? In tali casu confessarius a vero frangitne sigillum? Minime. Aliud est, quod factis confessarii inducat suspicionem criminis confessi, aliud, quod jam crimen ipsum scientes, criminosum confessum fuisse suspicentur.

Qu. 4. Utrum praeter confessarium aliqui alii teneantur ad secretum teneantur. Resp. eos ad secretum teneri, qui casu aliquod peccatum audierint propter alterius declarationem altiori voce factam, quamvis talis proprie non habeat sigillum confessionis. Vide D. Th. in 4 senten. dist. 21. q. 3. art. q. 3.

Qu. 5. Utrum penitentes teneantur ad secretum erga confessarium. Resp. ad secretum naturale poenitentes erga confessarios teneri: verum ex confessione aliquid possunt enarrare, vel loqui, si hoc fieri possit sine confessarii praejudicio. Praeterea possunt et penitentes viro prudenti manifestare aliquem commissum a confessario errorem, v.g. malum consilium, vel impraticabilem poenitentiam etc. In talibus casibus non est declaranda persona confessarii. Quod si confessor poenitentem ad malum induxisset, v.g. ad turpitudines, talis in casu denunciandus, et post degradationem, omnibus probatis, tradendus saecularibus magistratibus, ut puniatur ab ipsis. Vid. Pium IV in Bulla cum sicut nuper.

Cap. 3:

Cap. 3 de Contritione, et Attritione.

Quæ. 1^a. Quid sit contritio, et quid Attritio. Resp. contritionem esse actum voluntatis, quo quis dolet de peccatis patratis tantum propter Deum, quatenus nempe sunt Dei offensa: Attritionem vero esse actum voluntatis, quo quis de peccatis commissis non propter Deum tantum dolet, verum etiam propter amissionem gloriæ, poenam gehennæ &c.

Qu. 2. Utrum Attritio cum Sacramento sufficiens sit ad peccatorum remissionem. Resp. affirmative, dummodo ut attritio aliquem amoris actum contineat: vid. Concil. Trid. Histori. a Palavic. l. 4. c. 13. in fine et l. 12. c. 10.

Quæ. 3. Quænam spectanda sunt a Confessario poenitentias injungendo. Resp. duo præcipue, nempe qualitatem peccatorum; ita ut non æqualiter puniantur gravia, atque peccata levia. 2. eum advertere debere, ut non solum poenitentiæ pro transactis satisfaciant, verum etiam cautiorem reddant poenitentem in posterum. Maxima requiritur prudentia in injungendis poenitentiis. Quod ad universale spectat, hæc est Doctorum sententia circa poenitentias. Pro peccatis gulæ, luxuriæ assignanda sunt jejunia, si infirmitas, vel aliquid aliud particulare non impediat. Superbiæ peccata curanda sunt oratione, lectione, et sui ipsius cognitione &c. Pro avaritiæ peccatis assignatur eleemosyna, si poenitens valeat.

Quæ. 4. Quænam opera injungenda sunt in satisfactionem? Res

pro

Resp. ad tria reduci opera satisfactoria, nempe ad jejunium, ad Eleemosinam, et ad orationem; sub jejunio omnes mortificationes continentur, sub nomine Eleemosinæ intelliguntur tam corporales, quam spirituales Eleemosinæ; sub nomine tandem orationis significantur omnia spiritualia exercitia.

Quibus difficiliora sunt jejunia, immo incommoda, ut praegnantibus, artificibus &c. aliæ sunt corporales mortificationes injungendæ, vel in alia opera convertenda in orationes &c. Quibus fuit longa peccandi consuetudo, consultius est illis pro pænitentia satisfactoria opera diuturna, quam gravia imponere v. g. illis imponere ut semel, vel bis in Hebdomada, vel magis tale exercitium persolvant, jejunium conficiant, tot vicibus ad confessionem accedant &c. Non sunt tamen multis intricandi pænitentes, præsertim si pænitentes rustici sint ne in oblivionem cadant &c.

Quæ et Quas conditiones habere debent pænitentiæ

Resp. ex parte ministri requiri, ut sit in via, nam mortuis clausa est via, qua mereri possint: requiri præterea ut sit in gratia: quod si pænitentiam persolveret in gratia non esset, non deberet iterum illam peragere, cum jam facta reviviscat per confessionem, vel acceptam contritionem. Resp. 2. requiri ex parte operis, ut bona sit, et aliquo quali &c.

Liquer.

Que. 5. Utrum queat Confessarius minuere, vel mutare possit pœnitentiam ab alio impositam. Resp. affirmative; si indiscreta, et irrationabilis appareat; quod si dubitatur, an indiscreta sit necne, tunc sumere cognitionem de peccatis debet, saltem confessum. Si vero pœnitens pœnitentiam aliquam indiscretam acceperit pro aliquo casu reservato, ad illum remittendum, ut eam moderetur, cui confessus fuerit, vel ad alium ab ipso delegatum &c.

Que. 6. Utrum quis pro alio persolvere possit pœnitentiam. Resp. affirmat. si pœnitentia est tantum satisfactoria: negative vero, si est medicinalis. &c.

Que. 7 Utrum per Indulgentias quis a peccatorum satisfactione dispensari possit. Resp. Notandum primo, Indulgentiam esse pœnarum relaxationem debitarum peccatis, quæ fit per applicationem meritorum Xti, atque Sanctorum. In thesauro enim ecclesiæ servantur talia merita, quæ ab ipsa ecclesia data opportunitate applicantur. Notand. 2º. Sanctos habuisse merita superflua non quoad gloriam, quæ gradibus meritorum correspondet quoad satisfactionem pro peccatis: nam Sancti plurimas, gravesque mortificationes egerunt ultra mensuram, vel proportionem eorum levium peccatorum, merita quarum mortificationum, ipsis non necessaria, asservantur in Thesauro ecclesiæ, a qua unita infinitis Xti meritis fidelibus applicantur. Notand. 3º per In

dulgentia

Indulgentias non solum satisfacere pœnis ab Ecclesia impositis, verum etiam Divinæ Justitiæ. Notandum 4 quod sicut ad concedendas Indulgentias ex parte Pontificis vel Episcopi requiritur aliqua causa, sic ut fideles gaudeant de fructu Indulgentiarum, adimplere debent opera injuncta a Superioribus: Ut sunt confessio, Eucharistiæ receptio &c. Quod si fideles aliquam omittant ex operibus, nullam acquirunt Indulgentiam; si vero ~~[illegible]~~ omni fidelitate, et fervore omnia injuncta peragant plenariam Indulgentiam consequuntur, si autem defuit in his fervor, Indulgentiam recipiunt proportionaliter ad fervorem &c. His premissis Resp. per Indulgentias dispensari aliqua in parte posse aliquem a satisf. pœnitentiis, quas in preteritorum vindicta peccatorum persolvere debebat, non vero a pœnitentiis, ut vocant, medicinalibus, per quas nempe peccator removetur a lapsis. &c.

Cap. 7 De ministro hujus Sacramenti.

Quæ. 1º Quidnam sit Sacramenti pœnitentiæ minister

Resp. Solos sacerdotes &c.

Quæ. 2 Quænam potestas requiratur in Sacerdotibus ad confessiones audiendas. Resp. ~~aliam esse~~ potestatem potestatem requiri tum ordinis, tum jurisdictionis. Hæc duplex potestas alia est ordinaria, alia delegata; ordinaria spectat

spectat Episcopis, Parochis &c. aliis vero, quibus ab Episcopis approbationem concedit, attinet delegat. Hinc aliqua sunt notanda circa Confessarios delegatos ex Sacra Cardinali Congregatione.

1º. Sacerdotes tam saeculares, quam Regulares approbati ad audiendas confessiones saecularium sine speciali approbatione audire non possunt monialium confessiones, etiamsi essent sibi subjectae ratione ejusdem ordinis.

2 Sacerdotes etiam Regulares ad audiendas monialium ~~[illegible]~~ alicujus monasterii confessiones approbati audire non possunt monialium confessiones alterius monasterii.

~~3 Sacerdotes Episcopi~~ adversitore ~~[illegible]~~ ~~possunt~~ ~~[illegible]~~ ~~confessiones monialium etiam Regulares, quin ... Superiores.~~

~~3 Sacerdotes~~

3 Episcopi non tenentur detegere causam approbationis, neque eam quam ab ipsis exigunt, talem Regularem monialium confessarium amotum a suo ministerio.

4 Regulares non possunt audire confessionem extra Dioecesim ubi non sunt approbati, etiam neque Monialium quidem, quae sunt ex Dioecesi, ubi ipsi approbationem obtinuerunt, quod etiam dicendum de confessariis saecularibus; dicendum Confessarius, non est Parochus, quia in casu ad ~~ordinarium~~, ~~quam~~ ~~confessionem~~ ~~[illegible]~~ audire potest, caveat tamen a scandalo. Sic definivit Clemens X

5 Episcopus de novo ad [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] examinare potest. Confessarios Regulares, si eum exposcit [illegible] [illegible]

Que 5 Utrum qui habet casum reservatum in una Dioecesi tan-

pre

-sionis potest in alteram diœcesim, ibique a non habenti facultatem casuum reservatorum possit absolvi? Resp. affirmative, dummodo in fraudem reservationis non recedat; sic sancivit Clemens X ut supra.

In mortis periculo quilibet Sacerdos absolvere potest a quibuscumque casibus etiam reservatis, quod si aliquis casus reservatus annexam habet censuram, exigere debet juramentum a pœnitente se superioribus præsentandi, ut pœnitentiam ab ipsis recipiat, si pristinam acquisivit sanitatem.

Quæ. 7. Utrum in mortis periculo, cum Romanæ Ecclesiæ desunt Sacerdotes, absolvere possint Sacerdotes Hæretici, vel Schismatici. Resp. negative; quia Hæretici, vel schismatici, cum sint ab Ecclesia præcisi, non sunt capaces jurisdictionis, nec illis jus clavium amplius convenit; hæc sententia fulcitur auctoritate Sacræ Cardinalium Congreg.; nec valent verba Concilii Trid. a quibusdam Casuistis adducta, nempe articulo mortis omnes sacerdotes licentiam [illegible] loquuntur solummodo de casuum reservatione.

Quæ. 8. Utrum absolvi possit moribundus destitutus omni sensu. Resp. ~~si ante~~ affirmative si ante petiisset aliquo modo confessionem, vel aliud doloris signum dedisset; quando si talia non dedisset signa, conditionate absolvendum esse; dummodo cum lethali peccato non ~~=~~ evasisset moribundus, ut cum ebrietate, duello &c.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

Cap. 2. ~~Quid~~.

Quæ. 1. Quid Sacramentum extremæ Unctionis. Resp. esse Sacramentum a Christo institutum, quo animabus, corporibusque salus confertur: animabus dispositis absque dubio; corporibus

vero, si salus animae profectum suadat.

Qu. 2. Quid sit materia hujus Sacramenti? Resp. materiam remotam esse oleum olivarum sine Chrismate: at autem absque Chrismate; nam cum Chrisma significet ~~bonum~~ odorem, ~~seu~~ bonae famae, at oleum nitorem; hinc fit, ut morituri valenti esse debent nitoris in anima; nec curare debent articulo magis bonum odorem, quo non indigent, qui exire debent ex hoc seculo: materiam vero proximam esse ipsam unctionem.

Qu. 3. Quid hujus Sacramenti forma? Resp. hanc esse in Rit. Rom. ~~Per~~ istam Sanctam Unctionem, et suam piissimam misericordiam ~~...~~ indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Amen et sic in aliis partibus, quae ungi solent.

Qu. 4. Utrum ab Episcopo esse debeat benedictum oleum? Resp. affirmative: ita tamen benedictionis hujus Episcopi ordinarii ministri sunt, ut et simplicibus Sacerdotibus committi, possit licite.

Cap. 2. De Ministro, subjecto, et Effectu hujus Sacramenti.

Quae. Quis sit minister Extremae Unctionis. Resp. solos Sacerdotes, numquam Laicos, quidquid sibi dicant alii; nam si in historiis invenimus, etiam laicos unxisse, hoc intelligi debet de simplici unctione, non de Sacramento. Quamvis tamen omnibus Sacerdotibus conveniat hujus Sacramenti ministratio, solis tamen Pastoribus ordinarie spectat, qui vero conferre possunt etiam ii, nisi adesset periculo in infirmo, quo in casu sine

eius

eius omnes, Sacerdotes illud Sacramentum ministrare debent.

Quaer. 2. Quinam recipere possint hoc Sacramentum. Resp. omnes constitutos in periculo mortis, qui usum habeant rationis, nec publice malum habeant nomen, nisi prius signa dederint poenitentiae: excluduntur autem pueri, et non amentes, nisi habeant lucida intervalla.

Quaer. 3. Utrum graviter peccent infirmi, nisi petant, vel recipiant Sacramentum Extrem-Unctionis. Resp. affirmative, si eveniat ex contemptu, vel cum scandalo, sive heresis suspicione vel etiam ut aliqui volunt merito ex negligentia. Hec est sententia Magistri Sententiarum in 4. dist. 24. Preterea Catech. Romanus asserit, graviter peccare, qui ungere differunt egrotos, quamvis non peccabunt, qui hoc Sacramentum recipere negligunt; verum est, quod nullum cognoscitur preceptum de recipiendo hoc Sacramento, sed consuetudo Ecclesiae vim legis obtinet, quae sine scandalo violari non possit. potest. Sacerdos tamen non tenetur hoc Sacramentum ministrare, si in eius ministratione est periculum vitae ut tempore pestis &c. Quod si egrotus non esset conscius, nec confiteri posset, sed ne nutibus quidem, eum ungere teneretur etiam cum periculo vitae, nam tunc extrema-unctio vices ageret poenitentiae, ad quod etiam obligaretur quilibet Sacerdos ex Charitate teneretur.

Quaer. 4. Utrum pueri ungendi sint, et qua etate. Resp. ungi pueros posse, quando habeant usum rationis, et capaces sunt ... peccata; sed in hoc sequenda est regula [illegible]

De Sainte [illegible] ... [illegible]

Quaest. De Matrimonio

Quaest. 5. De Matrimonio

Caput 1. de Sponsalibus.

Q. Quid sunt sponsalia. Resp. esse mutuam promissionem de futuro matrimonio.

Quaest. 2d. Utrum Clandestina sponsalia valeant. Resp. juxta Declarationem Sacrae Congregationis valere, Habeant nihilominus jure fideles, ut hoc agant coram Parocho; ut sic dignis efficiantur Dei benedictionibus.

Quaest. 3. Utrum matrimonium clandestinum vim sponsalium saltem obtineat? Resp. juxta aliquos cum distinct. si contractum matrimonium est inter puberes, non obtinere talem vim, si vero inter impuberes, vel ab uno impubere cum impubere, tunc obtinere vim. Sed Sacra Congregatio declaravit, tale matrimonium nullam vim sponsalium obtinere 4 decemb an. 1587. Quomodo enim tale matrimonium potest inter impuberes etiam obtinere sponsalium, si sponsalia sunt contractus, et impuberes incapaces sunt se contractibus obligandi? etc.

Quaest. 4 Utrum sponsalia conditionata sint valida? Resp. affirm. posita conditione, non prius. Sed si conditio turpis est, ut v. g. recipiat vexena sterelitatis, ut furtis .. sortiat, talis promissio valida est, ad tollenda auctio conditio.

Quaest. 5. Qui possunt contrahere Sponsalia, implenda Resp. eos omnes, qui negotiorum opportunitate

Quaes. 10

abiles sunt ad matrimonium; qui vero ad tempus inabiles sunt, possunt contrahere.
N. Pueros ante septennium inabiles esse, et sponsalia contracta ante tale tempus parere impedimentum publicae honestatis, nisi post septennium ratificentur sponsalia. Hoc septennium moraliter summendum, nam si parum deest quasi nihil deesse videtur ut ait S. Thom. in 4 dist. 27. q. 2. art. 2. ad 2. nam in quibusdam accelerator usus rationis magis quam in aliis, et sicut malitia supplet aetatem, matrimonium contractum ante completam aetatem valet, sic etiam dicend. est de sponsalibus, si prudentia in pueris superat aetatem.
3. Sponsalia per parentes contracta, absentibus filiis, valent si isti suum postea prebent consensum: Immo lex. urgent si taceant, et non contradicunt, consentire videntur. Quod dicimus de parentibus, non est dicendum de curatoribus, de Tutoribus, et ratio est; quia semper praesumendum est, parentes bono filiorum consulere, non sic de Tutoribus, qui aliquando propriam, non pupillorum utilitatem quaerere tantummodo possunt.
Qua. 6 An stare s. [illegible] sub gravi tenentur promissioni. Resp. Affirmative. vid S. Th. in 4. dist. 27. q. 2. art. 1. ad 2.
Qua. 7 Utrum censuris ecclesiasticis cogantur sit ad servandum fidem sponsalium, qui resilire vellet. Resp. si Qua. promissio non est firmata juramento, non esse pueros posse cogendum propter periculum [illegible] et sunt coactand [illegible] [illegible] quia, secundo matrimonio
De [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] continuo

continuo essent inter conjugatos, quod si promissio firmata est juramento, aliquos asserere, talem censuris ecclesiasticis cogendum esse. Id etiam in hoc casu si timeretur uxoricidium, vel aliquid simile, probabilius est, cum non cogere ad servandam fidem censuris ecclesiasticis, eo quod ex duobus malis minus est eligendum. Quod hactenus dictum est non est intelligendum, si aliqua impedimenta post sponsalia deteguntur, quibus in casu ... liberum est sponsis recedere a promissione etc. vid. B. Th. ibi

Que. 7. Utrum statui possit aliqua pena solvenda a fidem frangente in sponsalibus contrahendis. Resp. negative tum ex jure civili, quam canonico. L. Titia ff. de verb. oblig. C. Gemma. de sponsal. Quod si aliquis ex contrahentibus exigeret solutionem pene, teneretur ad restitutionem, nam nemo potest retinere aliquid sine aliquo titulo. Atqui quod illi conjugali titulum? Nullum revera. Ex pacto, inquies etc. Id pactum fuit illicitum, quia contra leges etc. Quod si facte essent expense pro sponsalibus tunc pars, que fidem frangit, resarcire tenetur, ut ait Sanchez disp. 30. n. 15.

Que. 8. Quo tempore implenda sunt sponsalia, cum nullum a sponsis determinatum sit tempus. Resp. tunc implenda esse, quando is requirit, cui promissio facta est, si ... tunc ... impleri ab altera parte possunt. Quod si ob verecundiam, ut accidere solet in puellis honestis, non requirit is, cui promissio facta est, implenda esse, quando ab altera parte data negotiorum opportunitate.

Que. 10

Quaer. 10. An, et quando possit a contractis Sponsalitiis resiliri

Resp. 1. posse resilire, si hoc fiat ex multis causis. V.g. si sponsus absque licentia sponsae in longinquam regionem se contulerit, quaestionem parit varietas legum Civilium et Canonicarum. Leges civiles statuunt, Sponsam debere expectari a Sponso per biennium, si est in eadem Provincia, si vero est extra Provinciam per triennium. Lex vero Ecclesiastica nullum tempus statuit ad expectandum sponsum, si abiit sine licentia sponsae. Vid. leg. Civil. 2. Cod. de Sponsal. et leg. 2. Cod. Repud. etc. sepe ff. de sponsal. praeterea vid. C. De illis. de Sponsal. Aliqui volunt civiles leges praedictas per jus canonicum non fuisse correctas; sed alii tamen solidius hoc affirmant, et consequenter liberum esse sponsae cum alio inire Sponsalia. Quamvis quamdiu expectare tenetur per biennium vel triennium cum periculo interdum continentiae. Ratio. Leges civiles respiciunt bonum familiarum temporale, lex vero ecclesiastica spirituale bonum attendit.

Quod si Sponsus esset in loco propinquo, advertendus esset, et expectandus; nam si monitus exeunt Sponsalia si justa causa detinetur, ait Sanchez, et hoc modo fatetur communiter nunc Ecclesiasticorum cum juribus legibus. Quod dictum de Sponso intelligendum est de Sponsa, et vice versa.

Sin autem Sponsus abiit de licentia Sponsae, praefixo tempore, expectandus est, quod si tempore praefixo jam consummato, nulla remanet spes reditionis ejus, potest cum alio contrahere. 3. Solvuntur Sponsalia per ingressum Religionis.

Quid si promissio firmata est juramento? Nihil hoc obstat,

nam

nam in tali promissione juramento firmato semper includitur aliqua conditio, si Deus aliquid altius non inspiraverit. Quid si spe matrimonii virginem defloravit? Tunc tenetur ad matrimonium, quidquid alii dicant qui cum Thom. videntur. Loquitur enim Doctor loquitur de illo, qui bona sua obligavit, cui liberum est, ingredi religionem, facta bonorum cessione; sed qui virginem defloravit, non res suas, sed seipsum obligavit. At si tribuendo puellae dotem ex illis consensum potest ingredi religionem. Vid. S. Th. 2. 2. q. 189. ar. 6. ad 3., et S. Greg. l. 7. indict. 1. Epist. 11. 4° Dissolvuntur sponsalia juxta D. Th. et alios theologos per votum simplicem castitatis, emissum post sponsalia; eo quod semper in contrahendis sponsalibus includitur haec conditio, si Deus me ad altiorem statum vocaverit. 5° Dissolvuntur sponsalia per matrimonium cum alio contractum, non vero per alia sponsalia. 6° Dissolvuntur per fornicationem commissam ex ~~alt~~ uno ex sponsorum et tunc liberum esse parti innocenti dissolvere sponsalia, vel obligare alteram partem ad matrimonium. Quid si fornicatio commissa fuit ante sponsalia, et pars innocens hoc sciverit ante istam promissionem, non potest solvere sponsalia, ut in C. Quemadmodum. tit. de jure jurando.

7° Dissolvuntur sponsalia per superveniendam infirmitatem vel deformitatem v. g. si unus ex sponsis fit leprosus, paralyticus, oculos amittat, si alteri saniter ex ore male olet et medici curare non valeant. Quod si infirmitas erat in sponso ante sponsalia, dummodo nihil de ea sciret alia pars, nihilominus solventur sponsalia, cum juxta regulam legalem ea tunc incipiant esse, cum innotescunt. Quod diximus de corporis deformitate, asserendum est etiam de animi turpitudine, ut si evasit fur, homicida &c. 8°

8. Sponsalia dissolvi per supervenientem alterius sponsi notabilem paupertatem. 9. Dissolvi per inimicitiam ortam inter sponsos, quia coactiones nuptias exitus pariunt, ut dicitur in Cap. Requisivit de Sponsalibus. 10. Dissolvi tandem sponsalia per dissensum parentum; quia semper in promissione includitur haec conditio, si parentes consenserint.

Quaer. 11. An, et quibus in casibus recurrendum ad judicium Ecclesiae, ut sponsalia dissolvantur. Resp. cum D. Th. omnibus casibus praeter in ingressu Religionis, et in contractu unius ex sponsis per verba de praesenti. Ita intendit similiter; cum de jure, vel de facto cognoscitur dissolvenda esse sponsalia; de jure quatenus neque hoc aperte constat principis auctoritate; de facto; quatenus certum est, causam dissolutionis; hoc tamen semper non est asserendum; praecipue quando causa solutionis est occulta. Quidquid sit praeter duos casus a D. Th. exceptos, consulendum est, ut Parochos adeant, eique causam solutionis sponsalium exponant; quod si causa dissolutionis non apparet vere, ad Ecclesiasticum Judicem recurrendum est.

Quaer. 12. Quid dicendum sit de illo, qui dolo, et fraude, spe neque futuri matrimonii virginem, aut etiam honestam mulierem defloravit? Resp. si sine dolo, et sine spe matrimonii hoc fecit, et mulier ad turpitudinem sponte, vel prece obsecuta earumdem pretiis, tunc illum ei nihil restituere debet, nec eam ducere in uxorem. Vid. Navar. in Manuali c. 16. v. 16.

Resp. 2., si violenter, vel importunis

precibus.

precibus puellam, vel honestam virtutiorem ad peccatum induxit, quae et ipsa velit, teneri ducere in uxorem, vel dotem illi praestare. Quod si mulier esset infimae conditionis, ita ut magnum dedecus eveniret familiae, vel inimicitiae timerentur, tunc eam dotare, et augere dotem, ut cum alio inire matrimonium possit, vel in honesto statu reponenda esset, ut haec vacaret &c.

Cap. 2. de Proclamationibus.

Quae. 1° An faciendae sunt proclamationes ante matrimonium?

Resp. affirmative ex Concil. Later. 4 sub Innoc. 3 Cap. 51, et ex Concil. Trid. sess. 24 de reform. matr. Quod si timeatur ut aliquis malitiose matrimonium impediat, tunc una ex tribus proclamationibus sufficiat, vel etiam nulla fieri potest, si dentur gravissimae causae &c.

Quae. 2° Quo in loco faciendae sunt proclamationes?

Resp. si sponsi sunt ex una Parochia, in utraque eorum Parochia faciendae esse. Quod si in Parochia alienam transierint, ita ut fuerint per annum integrum laudabiliter commorati, eorumque parentes [illegible] in [illegible] vicinior Parochia habitent, proclamationes sufficientes factae in Parochia ubi per integrum annum habitavit bona fide; quod si non esset in remota Parochia, tunc Parochus sub cujus jurisdictione est, alium Parochum per [illegible] rogare deberet, ut ...inquirat, an sint impedimenta, vel in utraque Parochia fieri deberent ...

Quod si esset ex Parochia ... de re ... [illegible]
... remota esset ab Epo ... [illegible]
... et deberet ... mitti esse signata ...

Cap. 3 De Matrimonio.

Quæ. 1. Quid sit Matrimonium? Resp. esse inter virum et mulierem indissolubilem contractum quo mutuo sese obligant ad sua corpora præbenda, gratiæque ex institutio.

Quæ. 2. Quænam sit materia, et forma hujus Sacramenti? Resp. materiam remotam esse corpora personarum; proximam vero eorum traditionem; formam vero esse mutuam acceptationem verbis, vel signis expressam.

Cap. 4 de Ministro hujus Sacramenti.

Quæ. 1. Quis sit Minister hujus Sacramenti? Resp. juxta receptiorem sententiam Ministros esse sponsos. Et hoc prob. ex Concil. Tridentino, quod asserit matrimonia clandestina ante hoc Concilium celebrata vera, et rata esse. Sed rata non essent nisi ex vi Sacramenti (ratum enim matrimonium significat indissolubile), et indissolubilitas oritur a ratione Sacramenti. Unde dicendum contrahentes esse ministros matrimonii, et non Sacerdotem. Præterea ut Concil. Florent. causam efficientem matrimonii esse consensum contrahentium per verba de præsenti expressum. Atqui si contrahentes sunt causa efficiens matrimonii et ponunt partes illius essentiales, quare non dicuntur eos revera ministros. Vid. D. Th. in 4. dist. 2. q. 26. q. 3. art. 1. ad 2. Ignatius Sup. c. quod nobis de Clandest. despons. n. 5. etc.

Quæ. 2. Utrum Matrimonium per procuratorem contractum inter absentes sit Sacramentum? Resp. affirmative si procurator non excedit suo modo statuta mandantis vid. c. Procurator de Procurat. in 6. et in lege [illegible], et in leg. de Spons. [illegible]

Hec sententia aliquibus non arridet, quam dicunt, si in extremis sit Sacramenti recipiendi dispositio; quam dispositio in se habere potest, si dum procurator contrahit, ipse ... ipse cum amicis non ducat. ... Sam est communis sententia nullum Sacramentum confici a quo sit eo, qui absentem absolvit, et si a parte quod ... quamvis non careat soliditate, tamen non valet sententia nostrorum, nonnisi possunt absentes per ... deponsationis, quia fieri debet per procuratorem. Cur ... absens se disponere non potest, et si fuerit dispositus, cur gratiam non recipiet, quamvis forte in ... celebrationis non cogitet ... de hoc ... et si talem dispositionem neglexerit, ... sacrilegium non committet. Hec Penitentie Sacramenti comparatio valet, nam ut quis absolutionem recipiat debet actualiter et ... se ipsum accusare atque confessione signa actualia prebere sue dispositionis.

Cap. 5. De Unitate, Indissolubilitate aliisque bonis Matrimonii.

Polygamia videl. pluralitas uxorum sicut in lege naturae et ... in lege Evangelica omnino prohibetur, ut patet ex Sacra Scriptura, quamvis ad ... populationem post Diluvium ... concessa fuit et ... in ... Mosaica. De Indissolubilitate Xtiani matrimonii non ... quoniam dicitur sit ...

Quae. 1°. Utrum teneatur permanere cum infideli sponsus conversus ad Fidem? Resp. talem sponsum juxta consilium Apostoli posse cum infideli habitare, si hoc pacifice fieri possit, et sine detrimento religionis, sed non teneri: certum tamen est juxta D. Thom. talem sponsum ad Fidem conversum, si vult discedere ab altera parte, non posse nubere cum altera, si pacifice et sine damno Fidei susceptae habitare possit: quod si sine damno religionis, et sibi eveniret ex habitatione, tunc nubere potest. Ita vid. D. Thom. in 4. dist. 39. q. 1. art. 5.

Quae. 2°. Utrum per praevaricationem a Fide unius ex fidelibus sponsis dissolvatur matrimonium jam consummatum. Resp. neg. quia cum matrimonia fidelium non tantum sint rata ut infidelium, sed etiam rata, ex quo oritur indissolubilitas, hinc fit ut dissolvi non possint per unius ex sponsis praevaricationem a Fide. vid. Concil. Trid. sess. 24. de matrim. c. 1.

Quae. 3° Utrum per adulterium dissolvatur matrimonium? Resp. neg. et hoc patet ex Concil. Florent. in Decreto pro Armenis, et ex Tridentino sess. eadem 24 de Matrim. c. 7. Verum tamen est per adulterium causari separationem tori, et cohabitationis, numquam vero solutionem matrimonii quod indissolubile est. Sed quid dicendum de verbis Evangelii si quis dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem &c. videtur n. insinuare

ob fornicationem solvi matrimonium. Hoc falsum est, si attendatur verborum sensus. Sensus ergo est. Si quis uxorem dimiserit, nisi ob fornicationem, propter quam licet dimittere, seu concessa est separatio tori, et aliam duxerit uxorem moechatur etc.

Quae. 4.ª Utrum pars innocens separare se potest propria auctoritate ab altera deprehensa in adulterio? Resp. affirmative, si loquatur de tori separatione; quod spectat ad separationem cohabitationis negative si hoc fieri non possit sine scandalo; quoad vero ad divortium, seu totalem, et perpetuam separationem, in quo licitum est ingredi religionem, requiri sententiam judicis, qui ~~probato~~ commisso adulterio vere cognito potest divortium ~~pronunciare~~ pronunciare. vid. B. Th., et S. Bonav. in 4. distinct. 35. q. 1. art. 3.

Quae. 5.ª Quaenam sint causae divortii. Resp. 1. esse adulterium, vel violentam suspicionem adulterii. Violenta suspicio si exprimitur a. can., cum sola cum solo invenitur, nuda cum nudo, in lecto jacentes, vel in aliis latebris etc. Resp. 2. Haeresim. Resp. 3. fit divortium si vir uxorem, vel uxor virum praeter fornicationem, ad aliquod peccatum committendum impellat. Resp. 3. saevitia viri ergo uxorem, vel uxoris ergo virum. In hoc tamen ad recte judicandum de divortio non est attendendum quodlibet intentatum malum, sed solum malum, quod metum incuteret constanti viro; alias divortius viam pateret. Quod dicimus de saevitia viri, dicendum etiam de saevitia uxoris.

Quae. 6.

Quæ. 6 Utrum mulier divertere possit a marito suo ob adventiam lepram. Resp. affirmative si cum illo habitare sine periculo non potest; deberet tamen in hoc casu ei ad victum, et consolationem subministrare necessaria.

Quæ. 7 Utrum lepra superveniens in marito [illegible] faciat divortio. Quid de viro dicimus [illegible] Resp. cum S. Th. in 4. dist. 32 q. 1 art. 4 ad 4, et S. Bonaven. ibid. art. 2 q. 1. uxorem non teneri habitare cum viro ipso petente, teneri debitum reddere; quia simul cohabitando periculum esset lepræ communicationis, quod non est in momentanea ista conditione. Verum si judicio medicorum periculum esset in uxore reddendo debitum, non teneretur; sic etiam non teneretur, si maximum haberet horrorem, et tedium, quod vincere ipsa deberet, si in marito periculum esset incontinentiæ.

Quæ. 8. Utrum conjuges inter se mutuo convenire possint de divortio. Resp. si loquatur de divortio, seu separatione tandem tori hoc laudabile esse, et exemplum habemus in B. Virgine et S. Joseph. Resp. si quæstio est de totali divortio, nempe tori, et habitationis, hoc fieri posse, si ambo ingrediantur Religionem, vel unus sacros ordines recipit, et altera votum castitatis emittat, vel et saltem habitum religiosum induat. posset etiam mulier, emisso castitatis voto, in seculo permanere, si senex esset vel stantis, et hoc si fieri possit sine suspicione incontinentiæ. Quænam autem ætas determinari possit ad mulieris securitatem, non est facile ut remanere possit in seculo puella [illegible] standum [illegible]

Quæ. 9

Que 9. Utrum sint aliqui casus, in quibus etiam ob Adulterium non datur divortium. Resp. septem esse casus. 1°. Si uterque est in crimine; ita ut vir adulterus non potest dimittere uxorem adulteram, et si dimiserit, et post eius demissionem ipse committat adulterium, uxorem demissam recipere tenetur, ex C. Significasti, et ex C. Ex litteris de divortiis. 2°. Si vir propriam uxorem prostituerit. Cap. Discretionem 3°. Si uxor ab aliquo latenter sub specie viri lectum intrante cognita est. Cap. in lectum 34. q. 2. 4°. Si uxor propter longam absentiam viri eum mortuum credens alterum nupserit. Cap. Dominus, et Redemptor. De secundis nuptiis. 5°. Si si oppressa fuerit. C. Lotum 32 q. 5. 6°. Si post adulterium vir uxorem sibi reconciliatam carnaliter cognoverit. C. De benedicto 32. q. 1. 7° Si vir in Infidelitate libellum repudii dato uxori pariter infideli, si, inquam, ad fidem convertatur, et pariter eius uxor convertatur, sibi invicem recipere tenentur. C. Gaudemus. De divortiis prope finem.

Que 10. Utrum mulier innocens teneatur relinquere virum suum, qui pertinaciter committit adulteria. Resp. non teneri, quia cum mulier sit viro subiecta potestatem eum corrigendi non habet. et consequenter nullum scandalum parit habitatio eius cum illo. Hec est sententia Dominici Soti in 4. d. 36. q. unica art 2.

Quod si quaestio est, utrum innocens vir teneatur dimittere mulierem pertinacem in adulterio. Resp. teneri, si alio modo corrigere eam non potest, atque scandalum evitare. Videretur enim consentire illius adulteriis, et magnum pareret scandalum: quod si vir eam corrigendi

et ne vérando tolleret scandalum ita ~~apparent~~ impertinens esset viris, cum non consentire adulteriis mulieris, in tali casu videtur, non tenere eam dimittere, cum eam demittendo magis liceri res eret ad peccandum.

Cap 6 de Impedimentis Matrimonii in genere, et speciatim de non dirimentibus.

Matrimonii impedimenta alia sunt impedientia et non dirimentia, alia vero dirimentia. Impedientia reddunt illicitum matrimonium, invalidum vero dirimentia.

Quæ 1°. Quot sunt impedimenta non dirimentia. Resp. quinque, et sunt ~~nempe~~ votum simplex castitatis, vel vo ingressus Religionis, vel susceptionis ordinum: 2°. ~~Cathen~~ Catechismus, de impedimentum hoc est inter illos, qui supplent in ceremoniis Baptismatis, inter quas est Catechismus, seu instructio: 3°. Sponsalia cum alio vivente contracta: 4°. ~~De~~ Judicis interdictione contrahatur matrimonium. 5° Tempus, quo ab Ecclesia prohibentur matrimoniorum solemnia.

Quæro 2°. Quid observandum sit in illis, qui castitatis simplici voto voverint, vel ingressum Religionis? Resp. eos non posse contrahere matrimonium sine dispensatione: Quod si contrahant, pars quæ vovit castitatem non potest petere, sed solum reddere debitum; quod non est asserendum de voto ingressus Religionis, quod ... non obligavit ad castitatem, nisi in tali statu, scilicet Religioso. ~~Dico autem~~ Sed si aliquis contracto, et non consummato matrimonio jam castitatem voverit teneretur ingredi aliquam Religionem, et votum servare

Resp. neg. juxta opinionem quamvis cum Armincio sov, et stilutius; nam nimis lumen videtur medium ad servandum votum: quod sit si loqueretur de voto ingressus ad Religionem, nondum consummato matrimonio, liber esset ei, qui vovet, ideoque teneretur, et peccat grauiter consummando Matrimonium. Vide Sotum in 4. dist. 28. q. 2. ar. 2.

Que. 3ª Utrum tempore Adventus, et Quadragesima contrahi possint Matrimonia omissa solemnitate. Resp. si solemnitates matrimoniorum considerantur in letitia, et nuptiarum gaudio, certe tali pacto contrahi non posse matrimonia, ut tale gaudium, et letitia opposita sit illi salubri tristitie qua convenit istibus temporibus; si autem considerantur solemnitates in Missa, et benedictione, ne tali quidem modo contrahi posse matrimonia, aliqui putant; nec ad eorum liceitatem sufficere, asserunt, dispensationem Episcopi. Verum cum aliqua causa contrahentes urgeret, cur Episcopi dispensare non possent? Episcopus in sua Diocesi tantum potest, quantum Pontifex in toto orbe, nisi ab ipso impediatur. Atqui non apparet, quod ~~Episcop~~ Pontifices hanc dispensationem sibi reservaverint; quapropter, data urgente causa, dispensare possunt, dummodo Matrimonia celebrentur sine letitia, et strepitu mundano.

Sumendo autem matrimonio sine Missa, et Benedictione et eo magis sine strepitu, multi asserunt Matrimonia contrahi posse, data causa, his vetitis temporibus. Sed quid sit ... , standum est locorum consuetudini, nec aliquid temere agendum, inconsulto Episcopo. Que. 4.

Que. 4. Quenam sunt impedimenta dirimentia. Resp. illa que continentur his versibus, scilicet:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, Honestas,
Affinis, Raptor, non clandestinus, et inops,
Hec facienda vetant connubia, facta retractant.

Cap. 7 ubi explicantur predicta impedimenta dirimentia.

Quæs. 1. Quis sit error, qui dirimens impedimentum prestat? Resp. juxta Gratianum 29. q. 1. quadruplicem esse errorem nempe personæ, fortunæ, qualitatis, et conditionis. Error personæ est, quando putatur esse Plato, et est Virgilius. Error fortunæ, quando habetur pro divite, et pauper est. Error qualitatis, cum nobilis creditur, et non est. Error conditionis cum liber estimatur, et est servus. Non omnis error excludit matrimonii consensum, et sic, non prestat impedimentum, sed solummodo error, qui circa personam, et conditionem versatur; nam error qualitatis, et fortunæ non versatur circa personam, cum qualitas et fortuna non constituunt personam: de conditione dicemus sequenti questione. Excipiendus tamen casus, quo determinatur persona cum tali qualitate, sive qua consensus non minime prestet: sic etiam excipiendi sunt casus, quibus qualitatis error transit in ipsius personæ errorem.

Que. 2. Quid intelligitur per conditionem. Resp. esse servitutem, omni sublata libertate. Sed cum hic terris nullus hac conditio quasi omnino sublata sit, si error conditionis reducitur ad errorem qualitatis, cum nemo ...

Alio numnatur pro nobilitate, vel ignobilitate, ~~vo~~ dignitate &c.

Que 3ª. Quid intelligatur pro cognatione. Resp. Cognationē ~~que~~ impedimentum parit, triplicem esse, nempe, naturalē, spiritualem, et Legalem.

~~Cognationem~~ naturalem, seu consanguinitatem est vinculū personarum ab eodem stipite procedentium. In consanguinitate sunt lineæ, et gradus. Lineæ aliæ sunt recta, collaterales aliæ: Linea recta, quæ etiam vocatur lineā ascendentium, et descendentium continet illas personas, quæ sibi invicem sanguinem communicant, ut pater, filius &c. Linea collateralis eas continet personas, quæ procedentes ex eodem stipite non se invicem sanguinem communicant, ut soror, frater &c.

Gradus sunt distantiæ a stipite, et tot sunt gradus, quot sunt generationes in linea ascendentium, et descendentium. In linea vero collaterali ~~tot~~ quantum distant personæ a communi stipite, totid distant inter se. Si autem consanguinei inequaliter distant a communi stipite, ita ut unus tribus gradibus, et alter quatuor, summenda est distantia ab eo, qui magis distat a stipite. Temporibus transactis usque ad septimū gradum erat impedimentum, nunc vero ad quartum gradum ~~a communi~~ ~~stipite~~.

Resp. ad. cognationem spiritualem esse propinquitatem, quæ contrahitur ex administratione, seu susceptione Baptismi, vel Confirmationis. Hæc cognatio non contrahitur inter ipsos patrinos, sed

sed inter patrinos, et baptizatum, et parentes eius, sic inter ~~ministrum~~ baptizantem, et baptizatum, et parentes eius Vid. Concil. Trid. sess. 24. c. 2. Sed si quis non sponte, sed ex necessitate Baptisma administraret, impediret hanc cognationem? ~~Disputant inter se Doctores.~~ Sed, Hoc cum dubium sit, recurres habendus ad Episcop. cui convenit dispensare in casibus, qui dubitatur de aliquo impedimento, cum solum certa impedimenta reservata sint sedi Apostolicae. Dubium tamen non est de Patre, seu matre baptizantes proprium filium necessitate compulsi; cum certum sit, eos nullum incurrere impedimentum, ut patet ex Cap. ad Limina 30. q. 1.

Notandum tandem, quod Procurator ad suscipiendum puerum de sacro fonte deputatus, nullum incurrit impedimentum, ut S. Cardinalium Congregatio, sed impedimentum stat pro mandante; cum per alium ~~se ipsum~~ facit, per se ipsum facere videtur, et cum non Procurator matrimonii non contrahat matrimonium, sed ille, a quo deputatus est &c. Vid. Fagnanus sup. C. Veniens. de cogn. spirit. n. 19.

Resp. 3. Cognationem legalem oriri ex adoptione. Adoptio est assumptio alicuius personae in filium nepotem &c. Capaces sunt talis adoptionis illi soli, qui apti sunt ad procreandos filios, qua de causa excluduntur omnes naturaliter impotentes; L. 2. ff. de adoptione. Quod

Quod si impotentia sit accidentalis, ut qui studio castrati sunt, ut Sarabites, tunc talis impotentia non reddit indignos adoptionis.

Notandum adoptionem aliam esse perfectam, aliam imperfectam. Imperfecta est simplex adoptio. Perfecta vero vocatur ~~[illegible]~~ arrogatio. Hae differunt inter se: nam per arrogationem adoptans acquirit jus in adoptatum, sicut in filium naturalem, et per arrogationem adoptatus se gerere debet ut filius, et haeres est ex intestato, et ex testamento saltem quoad quartam partem, qua adoptans sine ejus culpa eum privare non potest: e contrario vero simpliciter, et non per arrogationem adoptatus non transit in jus adoptantis, et est solum haeres ex intestato, non vero ex testamento. Praeterea ad simplicem adoptionem sufficit auctoritas competentis judicis; ad arrogationem vero requiritur Principis auctoritas. Vid. Inst. de Adopt. § Item non aliter, et Inst. ib. § adoptio.

Notandum per solam arrogationem contrahi impedimentum dirimens, non vero per simplicem adoptionem, ut gravissimi canonistae, et Theologi censent; quia multitudo impedimentorum potius restringenda quam amplianda, ipso lectore judicio. Vid. S. Th. in 4 dist. 40 q. 1 art. 2.

Notandum

Advertendum etiam cognationem legalem suas habere lineas. Linea recta est inter adoptantem, et adoptatum, ejusque descendentes. Transversalis inter adoptatum, et filios eiusdem adoptantis. ~~inter adop~~ Hae est differentia inter has lineas quod in linea recta perpetuum est impedimentum matrimonii, quamvis soluta sit adoptio; in linea vero transversali soluta adoptione, cessat impedimentum.

~~Capit. [illegible] impedimentum [illegible]~~

Quatuor sunt ~~varia~~ impedimenta, quae ex crimine proveniunt. 1.° Quando vir post commissum adulterium propriam occidit uxorem, ut adulteram in uxorem ducat. 2.° Quando vir cum altera muliere consentiente agit de occidenda propria uxore, ut alteram ducat, quamvis non praecedat adulterium. Quod si altera mulier non consentit occisioni [illegible] non est impedimentum. 3.° Quando vir et adulterium committit, ~~altera [illegible]~~ illi mulieri promittens, se in uxorem ducendam, mortua propria uxore. 4. Quando vir committit adulterium post contracto matrimonio, mortua uxore, quamvis hoc non manifestat.

Cap. 5.°, quod continet ad versum

Pro cultus disparitate intelligitur privatio Baptismi, quapropter est impedimentum dirimens inter personas baptizatas et non baptizatas. nam sola privatio Baptismi hoc impedimentum causat, unde inter haereticos, et catholicos non est hoc impedimentum, cum tamen peccarent, nisi pars haeretica ad Ecclesiam redeat.

5

Quaedam

Quaer. Qualis vis requiratur ad impedimentum dirimens Matrimonii. Resp. aut metus ut dirimat Matrimonium, tres continere debere qualitates, 1a esse debere metum gravem et cadentem in constantem virum; 2a. injuste illatum; 3a. ad extorquendum matrimonium. Cum dicimus, esse debere metum cadentem in constantem virum, intelligendum non est, quidem hunc metum requiri tam in viris, quam in puellis; sed attendenda est qualitas personarum; nam quod ad levem metum militem non vet, puellam ad gravem movebit. Certum tamen est, solam reverentiam, ac nimiam reverentiam in puellis erga parentes non dirimere matrimonium, nisi verbera timerent, attenta parentum crudelitate. ~~...~~ ~~nisi injuste illatum metum~~

Impedimentum Ordinis oritur ex sola Sacrorum ordinum susceptione ut ex Concil. Trid. sess. 24. de Matrim. can. 9.

Per ligaminis impedimentum intelligitur matrimonium contractum cum una, qua vivente non potest alteram ducere in uxorem. Quod si vir alicujus mulieris in remotissimis provinciis habitat, ita ut ignorat ejus uxor an adhuc superstes sit, tamen alium in maritum suscipere nequit, donec per fidelem nuncium certa fit de ejus morte. Vid. C. Dominus de sec. nuptiis.

Impedimentum publicae honestatis oritur, vel ex sponsalibus veris, et certis, vel ex matrimonio rato, et non consummato; quando oritur ex sponsalibus, quamvis juste solutis, se extendit usque ad primum gradum et inter sponsum, et consanguineam sponsae et vicissim, ut ex Concil. Trid. ibid. cap. 3. Sin autem oritur ex matrimonio rato et non consummato, extenditur usque ad 4 gradum inclusive.

[illegible]

Caput 9.

De Impedimentis 3 versu contentis.

Affinitas - oritur ex copula licita, vel illicita. Sufficit ad contrahendum impedimentum affinitatis, ut ratum sit matrimonium, quamvis non sit consummatum. Sed non sufficit ad contrahendam affinitatem, ut illicita copula tentetur, sed necesse est ut vere sequatur.

Suas habet lineas et gradus affinitas. Gradus numerantur a personis copulatis, tamquam a stipite. In linea recta ascendentes sunt socer, et socrus, vitricus, et noverca, et alii ascendentes. Descendentes sunt gener, et nurus, privignus, et privigna, et alii descendentes. In linea vero transversa sunt frater, et soror, amita, patrui &c.

Affinitas orta ex copula licita impedimentum facit usque ad quartum gradum. Affinitas vero ex copula illicita usque ad 2dum inclusive. Sic statuit Concil. Trid. sess. 24 de matrim. cap. 4 [illegible].

Si contracto matrimonio affinitas supervenerit, v.g. si vir [illegible] habeat cum sorore propria uxoris, tunc impedimentum facit ita ut tamen vir non possit petere, sed solum reddere debitum parti innocenti teneatur, ut patet ex Cap. [illegible] de eo qui cognovit consanguineam uxoris suae.

Impotentia matrimonii variis modis contingere potest. Contingere potest ex causis naturalibus, vel ex maleficio. Causae naturales, ex quibus oritur impotentia variae sunt. Alii impotentes sunt, qui carent membris, ut eunuchi &c. Alii, quia nimis sunt frigidi &c. Alii, quia nimio calore [illegible] sunt, ut antequam fiat copula perfecta, semen [illegible]. Qui [illegible] temporis spatio sperari posset, ut [illegible] tanto calore

ingrediatur semen, non ~~esset~~ est facienda tori separatio; quia
si post longissimam experientiam nulla pars seminis intro-
mitteretur, separandi essent prius.
Impotentia alia est absoluta, alia respectiva. Absoluta
dicitur, quando vir erga omnes mulieres inhabilis est. Respec-
tiva, quando non erga omnes, sed quasdam mulieres. Mulieris
impotentia respectiva est, quando viro erga omnes nimis ~~arcta~~
arcta reperitur. Haec impotens censenda est si retinere non
potest semen, modo eum recipiat.
Impotentia alia est perpetua, alia temporalis. Perpetua
est, quando nullo remedio vinci potest. Temporalis, quae decursu
temporis, vel arte curari potest. Hinc fit, ut senes decrepiti,
qui consummare non valent, perpetuam habeant impoten-
tiam. Ligati vero ad tempus. Foeminae quamvis valde
impotentes non sunt, nisi sint nimis arctae.
Impotentia perpetua matrimonium praecedens, illud dirimit,
erit vero contractum sola morte eruens conjugium dissolvi
potest. Quod sit, contracto matrimonio, impotentia superveniat
vel propter aetatem, vel aliquam infirmitatem. Cum his non
qua prudentia procedendum est, ne ad illam continentiam ser-
vandam compellantur, quam forte servare nequeunt; unde
cum Doctores resolvunt via gravissimi, et tales sine culpa
mortali ad copulam eniti posse.
Si dubitetur, an impotentia sit temporalis, vel perpetua, tunc
per triennium permittenda est conjugibus tori habitatio, quod
si elapso triennio consummare non potuerint, tori separatio
illis indicenda, ut ex Cap. Laudabilem de frigidis, et maleficiatis,
et Authentica de nuptiis collat. 4. c. 6 seu § non occasionem. Quod
